quia affectio totius generis propria est, non vnius tantum, quomodo loqui solemus. Nam id in alio genere ineri, etique homo fortis, item & quodpiam aliud animal habebit igitur signum illud: vnius enim rei vnum esse signum diximus. Si igitur haec ita habent, & in animalibus huiusmodi, quae affectionem vnam propriam habent, ea signa colligere poterimus, vnaqueque autem affectio suam habet signum, quandoquidem vnum habeat necesse est, profecto naturam ac ingenium coniectare poterimus. Sin totum genus duas habet affectiones proprias, quemadmodum leo & fortis est, & sociabilis, quo pacto cognoscemus ex signis illis proprias consequentibus, vtrum vtrius sit signum: an si in alio quodam non toto ambo sine, & in quibus non totis vtrumque insit, cum vnum habeat alterum non item? nam si fortis sit, nec liberalis, & ex duobus hoc habeat, constat id in leone & signum esse fortitudinis, & sociabilis autem natura & ingenium in prima figura, cum medium cum priori extremo recitrocatur, & excedit tertium, nec cum eo commeat: verbi causa, sic fortitudo, extremitates magne in b, leo in a: profecto in quo est a, in eo toto est b, item & in aliis. In quo autem est b, in eo toto est a, nec in pluribus dicitur, sed reuocatur: alioqui non esset vnius rei vniuersum signum.

ARISTOTEΛΟΥΣ

ἀναλυτικῶν ὑστέρων τῶ ἀρχαίων.

Κεφάλαιον α.


Αἰσθητὸν οὐκ ἔστιν ἀποδεικνύμενον, ἀποδείκνυται δὲ τὸ ἀποδεικνύμενον... (Ancient Greek text from Aristotle's Organon, discussing syllogisms and signs.)

ARISTOTELIS DE DEMONSTRATIONE SIVE DE SECUNDA PARTE ΑΝΑΛΥΤΙΚΩΝ, LIBRI DUO.

CAPVT I.

Ad si demonstratio, quomodo sit.

Primum doctrina, omnisque disciplina, quae ratione & intelligentia constat, ex antecedente sit cognitione. Id quod percipiamus erit, si singulas percipiamus disciplinas. Primum enim mathematicae scientiae, atque adeo ceterarum omnium artium, hac ratione continentur. Deinde & dialectici, hoc modo aut ratiocinatione, aut inductione, differunt. Veraque enim argumentatione, ex his quae ante cognita sunt, id quod quaeritur, docetur. Illa quidem, acceptis quibusdam quasi perceptis, & cognitibus ab illis quibusdam disputatur. Haec



ARISTOTELIS

tummodo, vt verborum vis ac signifi-
 catio intelligatur: sed etiam vt quod ita
 res habeat, cognoscamus. Dicuntur autem
 priora, & notiora duobus modis. Vt enim
 sunt alia quae sunt naturae ordine priora,
 alia quae nobis, ita plurimum inter se dif-
 ferunt, quae omnino ac per se notiora, &
 quae nobis magis nota sunt. Ac nobis qui-
 dem illa priora & notiora appello, quae
 nostris sensibus magis obiecta sunt. Sim-
 pliciter autem ac per se, ea quae sunt ab
 remotiora. Huius generis sunt res vniuer-
 sae: illius res singulae, quae inter se con-
 trariae sunt. Quod autem supra diximus,
 ex primis constare demonstrationem: id
 ita accipiendam est, vt ex propriis prin-
 cipii constare eam intelligamus. Prima
 enim & principia pro eodem sumo. Est
 autem principium demonstrationis, propo-
 sitione, quae ob id immediata dicitur, quon-
 iam nulla est alia prior per quam ipsa
 confirmari possit. Propositio est enun-
 ciativa pars altera, in qua vnum de vno e-
 nunciatur. Ac dialectica quidem propo-
 sitio est, vtriusque sine vilo discrimine pars
 contradietoria, ad probandam aliquid
 sumpta. Demonstratiua autem, altera tan-
 tum, atque ea demum quae est vera. Enun-
 ciatio est omnia contradietoria pars ver-
 itatis. Contradietio autem est contrarium
 illa oppositio, in qua nihil quod vere in-
 dium sit reperiri potest. Huius pars vna af-
 firmatio est, in qua vnum alteri attribuitur.
 Altera negatio, in qua vnum alteri de-
 trahitur. Principia immediata quae in de-
 monstrationibus accipiuntur, in duo ge-
 nera distribuuntur. Vnum eorum quae
 quantum demonstrari non possunt, non
 tamen sua opera & per se manifesta sunt,
 vt necesse sit iam ante cognita esse ei qui
 artem aliquam discere velit, quae nos po-
 sitiones appellamus. Altero genere conti-
 nentur ea, quae ita sunt per se ipsa perspi-
 cua, vt non possint non esse omnibus mul-
 to ante cognita, ac perspecta, quae quic-
 quam doceantur, quae pronuntiatia dicuntur.
 Nam cum huius generis res quaedam
 sunt, tum vero in illis appellandis hoc no-
 me pronuntiatorum vti solemus. Sed & positiones rursus in duo genera di-
 uidentur: in hypotheses quae suppositiones appellamus, & in definitiones. Ac hypo-
 positiones quidem sunt, cum alterutra pars enuntiationis, veluti aut esse aliquid
 aut non esse sumitur. Definitiones vero sunt in quibus neutrum accipitur. Quon-
 iam enim definitiones sunt positiones (id enim ab Arithmeticis in initio ponit de-
 lect, vnitatem, verbi gratia, id esse quod per quantitatem diuisi non potest) suppo-
 sitiones tamen esse non possunt. Neque enim idem est quid sit vnitatis accipere, ac
 esse in rerum natura vnitatem ponere. Quoniam autem ob id certum rem ferimus, ac
 credimus, quia preceptum animo habemus ratiocinationem illam, quae demon-
 stratio a nobis paulo ante dicta est, omnia autem ratiocinationis vis posita est in
 ex quibus

ANALYTIC. POSTER. LIB. I.

ex quibus constat suppositionibus illud cer-
 te necessarium efficitur, huiusmodi princi-
 pia, aut omnia, aut aliquid, non modo esse
 ante cognoscenda, sed etiam multo magis
 quam ea quae ex illis concluduntur, sci-
 enda. Semper enim id magis tale est,
 quod causa est vt tale sit alterum: veluti
 si nobis semper charior est, cuius causa
 alterum amamus. Si igitur hoc principia
 efficiunt, vt & sciamus, & quin ita res ha-
 beat non dubitemus, illa necesse est mul-
 to a nobis melius intelligi, quam quae per
 ipsa concluduntur. Atqui nempe aliis re-
 bus maiorem fidem habet, quam illis quae
 certo scit: si illas aut per demonstrationem
 aut certiore aliqua ratione non sciat.
 Quod tamen fatendum erit, si ea non
 sunt nobis ante cognita, quae faciunt no-
 bis fidem, vel quae demonstratione con-
 cluduntur. Plane enim necesse est credibili-
 ora esse principia aut omnia, aut qua-
 dam, ipsa conclusionem. Qui igitur per de-
 monstrationem aliquid rei scientiam
 consequutus est, eum necesse est non mo-
 dius magis nosse principia, eiusque maiorem
 fidem habere quam rei quae demon-
 stratur: sed etiam omnino illi nihil debet
 esse credibilius principia, atque adeo illi
 certius scire debet, quam horum princi-
 piorum contraria ita esse, vt si quid ex
 his concludatur, summam in scientiam, at-
 que ignorantiam rei efficiat. Alioquin id
 vere dicere non poterimus, scientiam homi-
 num ita esse immutabilem, vt omnino
 labi, atque errare non possit.

CAPVT III.

De scientia & demonstratione

Sed quoniam principia ante sunt scientiam
 quibusdam visum est, nullam omnino
 posse esse scientiam. Aliorum contraria
 fuit sententia, omnium rerum esse demon-
 strationem. Sed neque hi, neque illi ve-
 rum dicunt, neque id necessarium effi-
 ciunt quod volunt. Primum enim qui om-
 nem scientiam esse melio tollunt, ex eo
 nil non posse sciri confirmant, quod in
 infinitum regressendum sit: quod in
 tandem prima. Ac illi quidem haec bene dicunt, in finita enim animo per curte-
 re non possumus. Quod vero in infinitum sit regressendum, sic confirmant: quo-
 niam si exitus tandem aliquis reperitur, ac principia quaedam dari possunt, in qui-
 bus mens tandem consistit, illa necesse erit nobis esse incognita: quandoquidem illa
 autem si prima sunt, demonstrari non possunt. At vero si principia sciri non possunt,
 ne illa quidem quae ex his concluduntur, plane & absolute intelligi poterunt, sed
 tantum quasi ex condicione, si illa sunt, ita esse scientur quae per illa probantur.



ARISTOTELIS

Alij autem in hoc quidem cum superioribus consentiunt, quod non aliam putant esse scientiam, quam que per demonstrationem comparatur: sed fieri posse ut omnium rerum sint demonstrationes, ipsi existimant: quando id fieri possit ut omnia res vicissim per se mutuo probentur, ac veluti in orbem redeant omnes omnium rerum demonstrationes. At verò nostra longè alia est sententia. Primum enim non omnem scientiam demonstratiuam esse, sed principia quia immediata sunt, sine vlla demonstratione scire posse existimamus. Id quod hac ratione percipi potest. Nam si necesse sit scire ea que antecedunt, & ex quibus demonstratio constat, repetitur autem aliqua tandem immediata, in quibus sit nobis consistendum illa certe necesse erit sine vlla demonstratione cognoscere. Itaque de hac re sic censeo, aliquam esse non modò scientiam, sed & principium quoddam scientiæ, quo nos extrema ipsa cognoscimus. Deinde verò illud fieri non posse putamus, ut bene ac perfecte res demonstrentur, si vicissim ita in orbem probentur. Ex prioribus enim & nouioribus constat omnis demonstratio fieri autem non potest, ut res eadem, una eademque re prior sit & posterior in se fortè id alio atque alio modo intelligatur: veluti si vno modo quæ simpliciter & naturaliter ordine priora sunt acciperentur, altero autem, quæ nobis, quod posterioris generis accommodatum est inductionibus, quæ ex illis que hoc modo sunt priora, rem de qua queritur faciunt manifestam. Quod si ita res habet, alterum horum dicendum est, aut propter ea non recedat à nobis supra definitam esse, quid sit planè ac perfecte rem scire, quia huius duo genera non fecimus: aut pro demonstrationibus acceratis eas non esse habendas, quæ ex nouioribus nobis constituentur. Iam verò illos qui ita sentiant, in orbem res bene demonstrari, non modo illo quod nunc diximus incommode vrgere possumus, sed hoc etiam, quod qui ita probant nil aliud dicant, quam id quod ridiculum est, et aliqua sit, illam ipsam esse: quo certe modo facile erit omnia demonstrare. Illud autem sequi incommodum, quod dico perspicuum erit, si tria extrema accipiamus. Nam ad nil interest in multis, an paucis interpositis, retrò commencent probationes: modo ut in paucioribus quàm duobus, mutua illam ac reciprocam demonstrationem di rationem fieri intelligamus. Quando igitur si sit a, necessarium b, & si b sit, necessarium est c: id etiam ad extremum concludatur, si a sit, c esse. Itaque si a per se sequitur b, & contrà ex antecedente b, consequitur a, cuius generis est reciproca demonstratio: hoc consequens a sumamus c, tum profectò ex antecedente a concludere, idem erit ac si ex eodem ipso b concluderes c. At qui ex antecedente a conficere c, nil erat aliud quam ipsam a ex se ipso esse probare.

Aristotelis textus in lingua graeca, scripturae manuales, et notae marginales.

ANALYTIC. POSTERIOR. LIB. I. 181

Illud igitur aduersus illos qui hoc genus probandi reciprocam induxerunt, recedè effectum est, nil hoc cum dicunt aliud eos dicere, quam huiusmodi conclusionem valere, si a est: quo profectò modo facile erit omnia demonstrare. Preterea reciprocam hoc genus probandi, in his tantum verbis locum habere potest, quæ vicissim retrò commencent, cuiusmodi sunt propria.


Atqui vno posito simplici verbo, aut vna propositione: iam antea demonstratum est nil necessario concludi posse: sed minimum duas primùm accipi sumptiones oportere, ut ratiocinatione aliquid concludatur. Si igitur medium verbum a sit consequens extremorum b & c, atque ista extrema inter se reciprocetur, etiam necesse erit ut vicissim retrò commencentur a medio. Ac fieri quidem posse ut quæ vicissim hoc modo retrò commencent, in prima figura concludantur omnia, iam ante à nobis demonstratum est in libris de Ratiocinatione. Sed etiam illud simul probatum est, in aliis figuris aut omnino hoc genus conclusionum locum non habere, aut ex illis quæ sumpta sunt, rem non posse concludi. Omnino autem in his verbis quæ non reciprocantur, huiusmodi in orbem reciproca demonstratio fieri non potest. Quare si in demonstrationibus pauca sunt huius generis verba, quemadmodum pauca esse certum est, illud certe perspicuum est, ridiculum esse vel potius omnino fieri non posse, ut propterea omnium rerum sint demonstrationes, quoniam vicissim in orbem res concludi possint.

Κεφάλαιον δ.
Τὴν ἐκείνην πάλιν τὴν ἀντιθέσιν
τι καὶ δὴ.

Et si a demonstratum est, necesse est b esse, si b demonstratum est, necesse est c esse. Itaque si a demonstratum est, necesse est c esse.

CAPVT IIII.
Quid sit de omni, Per se, Valens, etc.

Quoniam autem id quod certò sci. T. 7. Quis, non potest se aliter habere, illud profectò sequitur, rem esse necessariam, quæ sub scientiam cadit demonstrationem. Atqui scientia demonstratiua est, quam cum habemus, cum mente percipimus aliquid rei demonstrationem. Quare demonstratio erit ratiocinatio quæ ex necessariis constat. Dicendum igitur quæ & quales sunt res illæ ex quibus demonstrationes conficiuntur. Ac primùm expli. Te. 3. dicendum, quid est quod in omni inesse dicimus: tum quæ sint ea quæ per se conuenienter cadit, ut nec sub illo genere spectari. In omni id dicitur quod ita in natura nec vllam tempus inuenire, in quo de illo non dicatur. Ut si in omni homine mal enuncietur, necesse est ut quacunque in re verè enuncietur homo, etiam animal in omnem lineam cadit punctum, idem illud quod in superiori exemplo dicendum. Quod verò id sit in omni inesse quod dixi, argumento est, quòd omnes qui cogiti fuerint, nunquid in omni quippiam inest, ita occurrere interrogationi solent.



ut aut aliquid subiectant cui illud non in-
 sit, aut certo quodam tempore non con-
 uenire ostendant. Per se autem illa pri-
 mum conueniunt, quæ in explicanda rei
 natura atque essentia adhibentur. Ut trian-
 gulo per se inest linea, lineæ punctum.
 Nam & in natura trianguli, & lineæ, hæc
 inest: & in definitione, qua declaratur
 quid illa sint, ponuntur. Deinde illa etiam
 per se inest, quæcunque rem aliquam ita
 consequuntur, ut cum quid illa sunt defi-
 nitione explicatur, necesse sit rem ipsam
 in definitione accipi: quomodo lineæ con-
 ueniunt rectam & circumductam, & nu-
 mero par & impar, item primum & com-
 positum, denique quod paribus constat
 laeribus, & quod productioribus altera
 ex parte otis constat. Nam si illa uelis quid
 sint definitione declarare, in his quidem
 numerum, in illis autem lineam necesse
 erit adhibere. Atque ut omnia similia se-
 mel complectar: ea omnia per se esse inesse
 dicenda sunt, quæcunque aut hoc poste-
 riore modo, aut illo priore, alteri conueni-
 unt: quæ uero neutro modo inest, acci-
 dentia appellabuntur. Cuiusmodi sunt
 album & musicum, quæ animalia sunt ac-
 cidentia. Est uero & alia significatio huius
 uerbi, cum ea per se esse dicuntur, quæ cum
 appellatur, in nullo subiecto esse intelli-
 guntur. Nam cum ambulare dicimus, a-
 liud quiddam intelligamus oportet, in
 quo illud ipsum ambulare inest: & cum al-
 bum appellamus, aliud quoddam esse o-
 portet, quod album sit. Substantia autem,
 & omnia, quæ hoc aliquid significant, al-
 liud nihil sunt, quam id ipsum quod sunt.
 Quapropter quæ in nullo subiecto inest,
 ea per se esse dico: quæ uero in subiecto
 inest, ea accidentia appello. Est etiam a-
 liud quoddam genus, quo ea per se esse
 dicuntur, quæ suapte natura ac proprie se
 alteri conueniunt, quæ uero non proprie
 se conueniunt, accidentia dicuntur. Vt
 ambulante aliquid salterit, accidens est:
 propterea quod salteris causa non est am-
 bulatio, sed ita forte accidisse dicimus.
 Quæ uero proprie se cum altero sunt con-
 iuncta, ea per se sunt. Veluti, ut quis in-
 gulatus intereat, id per se fieri dicimus, quando
 interitus causa est ipsa in gulatio, quæ
 id forte ita conuenit, sed quia in gulato erat, ob
 id motum ostendit.

T. 10.

Itaque in his rebus, quæ sub certam ac perfectam scientiam cadunt, omnia illa quæ
 duobus illis prioribus modis, per se inesse dicuntur, aut quoniam inest in attributa-
 torum definitionibus subiecta, aut contra in subiectorum, attributa omnia in quibus
 illa necesse est eam proprie se, ac ut sua conuenire, tum uero necesse est in attributa-
 torum definitionibus subiecta, aut contra in subiectorum, attributa omnia in quibus
 quibus attribuntur. Neque enim potest aliter esse, quin aut ipsa (si ni) habent esse
 trarium) conueniant, aut, in quibus contraria experiantur, ex ipsis alterum illud
 ut lineæ necesse est ut rectum, aut inflexum inesse: numero, aut par aut impar

ut aut aliquid subiectant cui illud non in-
 sit, aut certo quodam tempore non con-
 uenire ostendant. Per se autem illa pri-
 mum conueniunt, quæ in explicanda rei
 natura atque essentia adhibentur. Ut trian-
 gulo per se inest linea, lineæ punctum.
 Nam & in natura trianguli, & lineæ, hæc
 inest: & in definitione, qua declaratur
 quid illa sint, ponuntur. Deinde illa etiam
 per se inest, quæcunque rem aliquam ita
 consequuntur, ut cum quid illa sunt defi-
 nitione explicatur, necesse sit rem ipsam
 in definitione accipi: quomodo lineæ con-
 ueniunt rectam & circumductam, & nu-
 mero par & impar, item primum & com-
 positum, denique quod paribus constat
 laeribus, & quod productioribus altera
 ex parte otis constat. Nam si illa uelis quid
 sint definitione declarare, in his quidem
 numerum, in illis autem lineam necesse
 erit adhibere. Atque ut omnia similia se-
 mel complectar: ea omnia per se esse inesse
 dicenda sunt, quæcunque aut hoc poste-
 riore modo, aut illo priore, alteri conueni-
 unt: quæ uero neutro modo inest, acci-
 dentia appellabuntur. Cuiusmodi sunt
 album & musicum, quæ animalia sunt ac-
 cidentia. Est uero & alia significatio huius
 uerbi, cum ea per se esse dicuntur, quæ cum
 appellatur, in nullo subiecto esse intelli-
 guntur. Nam cum ambulare dicimus, a-
 liud quiddam intelligamus oportet, in
 quo illud ipsum ambulare inest: & cum al-
 bum appellamus, aliud quoddam esse o-
 portet, quod album sit. Substantia autem,
 & omnia, quæ hoc aliquid significant, al-
 liud nihil sunt, quam id ipsum quod sunt.
 Quapropter quæ in nullo subiecto inest,
 ea per se esse dico: quæ uero in subiecto
 inest, ea accidentia appello. Est etiam a-
 liud quoddam genus, quo ea per se esse
 dicuntur, quæ suapte natura ac proprie se
 alteri conueniunt, quæ uero non proprie
 se conueniunt, accidentia dicuntur. Vt
 ambulante aliquid salterit, accidens est:
 propterea quod salteris causa non est am-
 bulatio, sed ita forte accidisse dicimus.
 Quæ uero proprie se cum altero sunt con-
 iuncta, ea per se sunt. Veluti, ut quis in-
 gulatus intereat, id per se fieri dicimus, quando
 interitus causa est ipsa in gulatio, quæ
 id forte ita conuenit, sed quia in gulato erat, ob
 id motum ostendit.

ANALYTIC. POSTER. LIB. I.
 Nam si omne quod alteri aduersatur, est
 quasi alterius priuatio aut negatio, ad id
 generis pertinent: ut par nihil est aliud
 quam quod in genere numerorum non
 est impar. necesse autem est in omni re aut
 affirmationem, aut negationem dici illud
 profectò consequens est, ea que per se in-
 sunt, necesse illis conuenire quibus at-
 tribuuntur. Atque hæc de his que in om-
 ni, & de his que per se dicuntur, suffi-
 ciunt. Ad uniuersum autem genus ea per-
 tineret dico, que & in omni inest, & per
 se rei conueniunt, & hoc ipso quod res
 est. Ex quo perspicuum est, ea que in uniu-
 uerso genere conueniunt, necesse illis
 conuenire quibus attribuntur. Per se autem,
 & hoc ipso quod tale est conuenire,
 idem significant, ut per se inest lineæ
 punctum, & rectum esse ea uero etiam li-
 neæ, quia linea est conueniunt. Et trian-
 gulo, hoc ipso quod triangulum est conuenit
 habere tres angulos pares duobus rectis,
 sed & per se triangulo illud ipsum conueni-
 nit. At uero uniuersum genus ut demon-
 stratur, necesse est non modo, ut in ea re
 inesse demonstratur, cui omni conuenire
 possit: sed etiam ut de eo concludatur in
 quo primum omnium conuenit. Ut tres ha-
 bere angulos pares duobus rectis, neque
 in uniuersum genus figurarum cadit (etiam
 si figuram non eam quidem quam uis, sed
 incertam figuram, probare possumus habe-
 re tres angulos pares duobus rectis) neque
 illud qui demonstratione concludunt, in
 quauis figura, sine ullo discrimine, id re-
 de conserere possunt: quadrangulum enim
 figura est, neque tamē tres habet angulos
 pares duobus rectis. Isosceles autem ha-
 bet quidem, quo deumque illud talem sit,
 tres angulos pares duobus rectis, sed non
 id primum est in quo illud conuenit cum
 ad triangulum id prius pertinet. Quic-
 quid igitur illud tandem sit, quod pri-
 mum aut habere tres angulos duobus re-
 ctis pares aut aliud quidam, demonstrabitur,
 id erit in quo primum omnium ge-
 neris illud genus probabitur. Ac demonstratio
 quidem propriè ac per se erit, qua uis
 alio quodam non accurately genere demon-
 strandi illud idem concludatur. Quine-
 tiam in Isosceles si illud demonstrare quod
 diximus, non ostendat uniuersum
 genus, cum id multo latius pateat quam
 Isosceles.

Nam si omne quod alteri aduersatur, est
 quasi alterius priuatio aut negatio, ad id
 generis pertinent: ut par nihil est aliud
 quam quod in genere numerorum non
 est impar. necesse autem est in omni re aut
 affirmationem, aut negationem dici illud
 profectò consequens est, ea que per se in-
 sunt, necesse illis conuenire quibus at-
 tribuuntur. Atque hæc de his que in om-
 ni, & de his que per se dicuntur, suffi-
 ciunt. Ad uniuersum autem genus ea per-
 tineret dico, que & in omni inest, & per
 se rei conueniunt, & hoc ipso quod res
 est. Ex quo perspicuum est, ea que in uniu-
 uerso genere conueniunt, necesse illis
 conuenire quibus attribuntur. Per se autem,
 & hoc ipso quod tale est conuenire,
 idem significant, ut per se inest lineæ
 punctum, & rectum esse ea uero etiam li-
 neæ, quia linea est conueniunt. Et trian-
 gulo, hoc ipso quod triangulum est conuenit
 habere tres angulos pares duobus rectis,
 sed & per se triangulo illud ipsum conueni-
 nit. At uero uniuersum genus ut demon-
 stratur, necesse est non modo, ut in ea re
 inesse demonstratur, cui omni conuenire
 possit: sed etiam ut de eo concludatur in
 quo primum omnium conuenit. Ut tres ha-
 bere angulos pares duobus rectis, neque
 in uniuersum genus figurarum cadit (etiam
 si figuram non eam quidem quam uis, sed
 incertam figuram, probare possumus habe-
 re tres angulos pares duobus rectis) neque
 illud qui demonstratione concludunt, in
 quauis figura, sine ullo discrimine, id re-
 de conserere possunt: quadrangulum enim
 figura est, neque tamē tres habet angulos
 pares duobus rectis. Isosceles autem ha-
 bet quidem, quo deumque illud talem sit,
 tres angulos pares duobus rectis, sed non
 id primum est in quo illud conuenit cum
 ad triangulum id prius pertinet. Quic-
 quid igitur illud tandem sit, quod pri-
 mum aut habere tres angulos duobus re-
 ctis pares aut aliud quidam, demonstrabitur,
 id erit in quo primum omnium ge-
 neris illud genus probabitur. Ac demonstratio
 quidem propriè ac per se erit, qua uis
 alio quodam non accurately genere demon-
 strandi illud idem concludatur. Quine-
 tiam in Isosceles si illud demonstrare quod
 diximus, non ostendat uniuersum
 genus, cum id multo latius pateat quam
 Isosceles.

CAPUT V.

Illud autem hoc loco ignorare non debemus, sipe id uisuenire, ut in accipiēdo gene T. 11.
 re in uniuerso peccemus, ut ita ipsi genus uniuersum a nobis in eo esse probatum
 in qua prima inest, cum reuera in eo subiecto primum a nobis in eo esse probatum
 modi error, aut quādo in uno genere una est res singularis ob id, quod res ea aliquid
 accipi non potest. Aut eū rebus singulis multis est una quidē communis ratio, sed tamē
 nullā nomē impostū est, quo illud genus appellatur diuersis speciebus conueniēs.



Atqui si illud certum est, & hoc quoque minimo negotio percipiet potest, quod cuiusque scientiae principia propria, non possunt quasi ex aliis rursus principis demonstrari: Alioqui illa ex quibus haec constemabuntur, omnium rerum principia esse latendum erit, & scientiam quam in his versabitur, omnium esse certissimam, facileque inter omnes principatum obtinere. Quo enim quisque ex superioribus causis cognoscit, eo rem multo certius intelligit: siquidem ea semper priora sunt, quae ita sunt causae, ut nullas praeterca causas habeant: quatum effecta sunt. Itaque si ut quisque ex prioribus cognoscit, certius cognoscit: ut certe quae ex primis omnium sem noverit, certissime noverit. Et si illa semper magis ac magis scientia, haec omnium maxima scientia erit. Atque non potest unius generis demonstratio in aliud genus transferri: nisi quod paulo ante dictum est perinde simi asserit, atque geometrica demonstratio. nec ad optica, aut fabrica demonstratio. nec & Arithmetica ad musica.

CAPVT VIII.

Difficile est illud percipere.

Difficile autem est internoscere quando rei scientiam assecuti sumus, & quando minime: eo quod non est facile intelligere an cognoscamus per propria cuiusque rei principia, an secum cum tamen illud demum sit rem scire. Sed nos id sepe ad rem sciendam satis esse existimamus, si modò ex veris ac primis quibusdam sumptionibus constet ratiocinatio: cum tamen multo secus res habeat. Necesse enim est ut illa praeterca, cum in qua in eo genere prima sunt, naturae quadam consensione sunt consociata. Ego vero principia cuiusque generis principia appello, quae quod sunt demonstratione probari non possunt. Nam quae sit verborum via, ac significatio, tam principiorum, tum eorum quae ex principis efficiuntur, intelligendum est. Quod vero ipsa sunt principia, circa demonstrationem ponitur: reliqua autem, demonstratione cogituntur. Veluti quid vnitas, item quid rectum & triangulum significant. Nam initio accipiendum est. Sed & vnitatem & magnitudinem esse, initio ponendum est: reliqua autem, esse demonstrantur. Sunt porro ex his quae in demonstrationibus scientiam vnitas esse possunt, alia sequentium scientiarum propria, alia communia: appello autem hoc loco communia propter similitudinem, per quam ratione multis conuenire posse cernuntur: nam illa cum ad demonstrandum adhibentur, tum iam ad naturam subiectam tractata sunt. Ac propria quidem sunt, veluti linea, aut recti definitio. Communia autem sunt, ut illud verbi gratia, quod aequalibus equalia auferas, quae relinquuntur erant equalia: quorum vnum quodque vnum est ad demonstrandum accommodatum, cum ad certum quoddam genus vnus ductum.

Ατқи сі іллуδ сертум ест, & һос қуоқке мінімo negotio percіpet potest, quod cuiusque scientіae principia propria, non possunt quasi ex alіis rursus principіs demonstrari: Alioqui illa ex quibus haec constemabuntur, omnіum rerum principia esse latendum erit, & scientiam quam in his versabitur, omnіum esse certissimam, facileque inter omnēs principatum obtinere. Quo enim quisque ex superioribus causis cognoscit, eo rem multo certіus intelligit: siquidem ea semper priora sunt, quae ita sunt causae, ut nullas praeterca causas habeant: quatum effecta sunt. Itaque si ut quisque ex prioribus cognoscit, certіus cognoscit: ut certe quae ex primis omnіum sem noverit, certissime noverit. Et si illa semper magis ac magis scientia, haec omnіum maxima scientia erit. Atque non potest unius generis demonstratio in aliud genus transferri: nisi quod paulo ante dictum est perinde simi asserit, atque geometrica demonstratio. nec ad optica, aut fabrica demonstratio. nec & Arithmetica ad musica.

Κριτικὰ δὲ τῶν ἀρχῶν

ΧΑΡΑΚΤΗΡ

Difficile est illud percipere.

Ατқи сі іллуδ сертум ест, & һос қуоқке мінімo negotio percіpet potest, quod cuiusque scientіae principia propria, non possunt quasi ex alіis rursus principіs demonstrari: Alioqui illa ex quibus haec constemabuntur, omnіum rerum principia esse latendum erit, & scientiam quam in his versabitur, omnіum esse certissimam, facileque inter omnēs principatum obtinere. Quo enim quisque ex superioribus causis cognoscit, eo rem multo certіus intelligit: siquidem ea semper priora sunt, quae ita sunt causae, ut nullas praeterca causas habeant: quatum effecta sunt. Itaque si ut quisque ex prioribus cognoscit, certіus cognoscit: ut certe quae ex primis omnіum sem noverit, certissime noverit. Et si illa semper magis ac magis scientia, haec omnіum maxima scientia erit. Atque non potest unius generis demonstratio in aliud genus transferri: nisi quod paulo ante dictum est perinde simi asserit, atque geometrica demonstratio. nec ad optica, aut fabrica demonstratio. nec & Arithmetica ad musica.

Adicitur. Eandem enim vim ad ecludendum aliquid habebant, licet non generaliter, sed in magnitudinibus tantum accipiantur: aut verò ut Arithmetico conueniant in numeris. Ex his vero quae sunt propria cuiusque scientiae, ea sunt quae statim initio esse ponuntur, quorum in explicandis, proprietatibus, ipsa tota scientia cernitur. Vel vnitates esse Arithmetici, lineas & puncta, geometrae, statim initio constituunt. Nam haec non modò quam vim habeant multò ante statuendum est, sed etiam in rerum esse natura pro certo accipiendum. Horum autem propria affectiones ipsae, quidem quid significant, statim initio explicantur, vel in Arithmetica, quid pat appellatur aut impar, aut quadratum, aut cubus: in Geometria quid haec verba significant, ratione carens, confectum esse, conueniant, demonstratione ostendunt, adhibitis cum communibus pronounciatis, tum demonstratis aut concludendis. Nec minus in Astrologia idem illud sit, quàm in Geometria aut Arithmetica. Omnis enim scientia demonstrata, tribus quasi mouentibus continetur. Horum duo sunt, quae iam inde ab initio accipiuntur: Genus scilicet subiectum, cuius proprietates ipsa scientia exquiruntur & communiis, ut appellatur, pronounciata, ex quibus primis demonstrationes consueuntur. Tertium autem est, quo ipsa proprietates continentur quarum via & significatio à principio proponitur. Ac in quibusdam quidem scientiis non est vitiosum horum aliquid praetermittere: veluti si appetum ac manifestum est genus ipsum subiectum esse, non erit opus ab initio eius facere mentionem, ut quòd ipsum in rerum natura sit, subiciamus. Neque enim sunt omnia ex aequo manifesta: ut quòd numerus sit, non tam clarum est quàm quòd calidum & frigidum. Item si significatio proprietatum ipsa per se intelligatur, illa à principio sine vitio praetermitteretur. Nam ne communiis vnitas, verbi gratia, quid significet & qualia ex aequalibus detrahere. Sunt tamè tria illa natura in omni scientia necessaria: res de qua aliquid concludimus, illud ipsum quod inesse alteri ostenditur, & ipsa principia ex quibus elicitur conclusio. Differunt autem plurimam suppositio & postulatam, ab his principis quae ipsa per se tantum habent fidem, ut sit necesse omnem illi assentire. Neque enim demonstratio, ut noiore sentia vnitas habet, eumque semper recipit. Nam quid est quòd verbo labefactari relligere non possit. At si suam quisque mentem consulat, multa sunt quibus sunt, atque non circa demonstrationem quasi certa accipiuntur, duplex causa. Nam aut ponuntur quae à discipulo approbatur, quòd illa vera existimantur, siquod esse aliud ea quidè quae simplici nomine suppositio appellari possit, sed quae ad iunctioe



ad docendum illum supposito dicitur. Aut vero ea accipiuntur, de quibus nihil certum habet quod sentiat discipulus, vel etiam contra patet quam accipitur: tumque sit postulatum. Nam hoc inter postulatum & suppositionem interest. Nihil enim aliud est postulatum quam quod aut repugnat sententiae eius qui docetur, aut quum demonstratione confirmari possit, eius vllam probationem accipitur. Definitiones igitur non sunt suppositiones, esse enim aut non esse quippiam non significat, omnes autem suppositiones propositiones sunt. Deinde definitiones tantum ut simplices quaedam notiones animi, concipiuntur: illud vero nemo appellauerit suppositionem nisi idem velit cum singulari res singulis verbis auditu percipiuntur, tum semper esse suppositionem. Sed ille sunt suppositiones, in quibus posita elicitur conclusio, quia illa sunt anteposita. Neque vero credendum est, falsas esse geometrarum suppositiones, quemadmodum quibusdam videtur: dicunt enim vitiosum esse, in probando falsis vii: geometrarum autem falsum accipere, cum pedalem lineam ponit, quae minime pedalis est, aut rectam quae non est recta. At vero Geometrarum conclusio non ex eo vim habet quod talis sit, aut secus, quam profertur linea, sed via tota efficienda conclusio est in his posita, quae sit quasi signis, nobis intelligenda relinquuntur. iam vero omnis suppositio aut de toto genere, aut in parte enunciat, neutrum autem in definitione certum. Atque ideas quidem esse, aut communem aliquam naturam a rebus singulis separatam, ut demonstratio sit, non est necesse: sed illud tantum verum est, necessitatem esse, ut communis aliqua ratio sit, quae in rebus singulis cohaereat. Nam si id non sit, ne vllum quidem genus vniuersum esse poterit: quo sublato nullo medium ad sciendum accommodatum consistere poterit. Quare nec demonstratio vlla relinquitur. Ex quo efficitur, ut sit necesse communem quamdam, ac minime ambiguum esse naturam, quae in multis certatur, ut ab his seorsum esse non possit. Hoc vero pronunciatum. Affirmatio & negatio non possunt in eadem re simul esse vera: in nulla vnoquam adhibetur demonstratione, nisi talis sit conclusio, in qua illud ipsum nominatum ostendendum sit. Atque in hunc modum erit illa demonstratio conficienda, ut si medio dicitur affirmationem maioris extremi, non etiam negationem, in propositione quemadmodum nec minoris extremi. Nam si illa posita sit propositio. Omnes homines esse animal, non autem non animal, etiamsi illud fortasse in non homine verum esse possit, atque adeo maneat vera propositio, accepta simul affirmatione & negatione hominis: semper tamen ex illa propositione, illud quod est concludendum, efficietur, Calliam scilicet esse animal, non autem non animal.

T. 16. in multis certatur, ut ab his seorsum esse non possit. Hoc vero pronunciatum. Affirmatio & negatio non possunt in eadem re simul esse vera: in nulla vnoquam adhibetur demonstratione, nisi talis sit conclusio, in qua illud ipsum nominatum ostendendum sit. Atque in hunc modum erit illa demonstratio conficienda, ut si medio dicitur affirmationem maioris extremi, non etiam negationem, in propositione quemadmodum nec minoris extremi. Nam si illa posita sit propositio. Omnes homines esse animal, non autem non animal, etiamsi illud fortasse in non homine verum esse possit, atque adeo maneat vera propositio, accepta simul affirmatione & negatione hominis: semper tamen ex illa propositione, illud quod est concludendum, efficietur, Calliam scilicet esse animal, non autem non animal.

licet possit non minus fortasse vera esse conclusio si negatio Calliae simul cum affirmatione acciperetur. Huius autem telix est causa, quia maior extremum, est illud solum, quod his attribuitur: semel medio, iterum minori extremi: quoniam omnium patet latitudine. Quae circa quod antinet ad conclusionem, nil refert summaturae medium affirmatum tantum, an verum simul affirmatum & negatum. Est & aliud pronunciatum, in quacunque re vera est affirmatio aut negatio: quo nulla vitur demonstratio, nisi quae aduersitium verget in eodem modo. Neque vero illud semper sicut generale est, ita vniuersum accipiendum est: sed quae ratione aptum est ad aliquid demonstrandum: aptum autem est cum ad certum quoddam genus demonstrationes (quod etiam paulo antedictum est) traductur. Habent autem omnes scientiae communia quorundam, quibus ipse inter se communicat. Non quod praeterea quae demonstrantur, non semper sine singularum propria: sed pronunciatia ipsa quibus ad aliquid concludendum vniuersum, ea sunt quae communia esse possunt. Dialectica etiam cum omnibus scientiis communicat, & si quae est alia scientia generalis, quae communia proloquia demonstrare contendat, qualia sunt haec: De quacunque re vera est aut affirmatio aut negatio: si paria ex paribus auferas, quae restabunt paria erunt, & huius generis alia. Dialectica porro non habet certas quasdam res quas probet, nec in vno quodam genere subiecto versatur, alioqui non interrogaret. Nam qui demonstrare volunt, illi non est pendendum ab interrogacione, quandoquidem ex rebus contrariis nunquam potest vna eademque res demonstrari quemadmodum in libro de ratiocinatione ostendimus.

CAPVT IX.

Qui si interrogatio, apta ad ratiocinationem conuersam, idem est cum nationem appellatur, ex quibus constat vniuersae scientiae accommodatae ratiocinationem profecto suae cuique scientiae interrogaciones, ad res in quibus versantur, concludendae idoneae. Vnde etiam perspicuum est, non temere omnem interrogacionem Geometrarum, aut medico, aut alteri cuius conueniat. Sed sunt illae demum Geometricae interrogaciones, ex quibus demonstrantur ea quae aut proprie ad Geometriam pertinent, aut vero a rebus Geometricis fidem accipere possunt: eiusmodi sunt ea in quibus versatur Oplice: quod item in aliis scientiis intelligendum. Ac de his quidem rebus in quibus ipse versatur, suis reddenda est ex Geometricis principiis, & conclusionibus, de



ipsa vero principis nullam potest Geometria, hoc ipso quod Geometria est, ratio nem reddere. Atque in aliis scientiis eadem est ratio. Neque igitur petenda est cuiuslibet rei ratio, à quavis sciente, neque pat est, ut ad qualis interrogatione vnusquisque qui aliquam artem prohibetur, respondeat: sed de illa tantum ratio reddenda est, quæ proprie ad eam quam quisque tenet scientiam, pertinet. Atque si ad hunc modum, cum Geometria quæ Geometria est, quicquam differat, & ex huiusmodi interrogationibus aliquid concludat, rectè concludere videbitur: si minus, non rectè. Quin neque alia ratione redargui neque convinci potest geometria, nisi forte per accidentia. Itaque apud Geometricos imperitos de Geometria non est disputandum, eo quod, redene in perpetuum disputetur, intelligi non possit quod idem in aliis scientiis observandum. Existit autem hoc loco quæstio, an non sicuti sunt aliqua geometricæ interrogationes, ita sint aliqua non geometricæ, ita ut illæ potius geometricæ sint, quæ à certa quadam ignorantia nascuntur, ea, inquam, ignorantia quæ oritur ex depravata intelligentia eorum quæ proprie ad aliquam scientiam pertinent? A ista etiam quæstio est, vira ratiocinatio inscientiam potissimum efficiat, eandem cuius summatione contraria sunt illis ex quibus rei comparatur scientia: an quæ vitiosa est & fallax ratiocinatio de re tamen Geometrica? Ist igitur ea interrogatio non geometrica quæ ad aliam pertinet scientiam (cuius generis est musica, verbi gratia, interrogatio) atque adeo omni ex parte est à geometria aliena: illa autem, parallelas posse concurrere, est ex parte aliqua geometrica, ex altera autem parte non geometrica. Hoc enim verbum non geometricum, dupliciter accipitur, si, uti & illud, non numerosum. Vna quidem significatione dicitur non geometricum, quod nil plane à geometria haberi ut non numerosum, quod omnino aliud est à numero. Altera autem significatione dicitur vtrumque quod habet quidem à suo genere aliquid, sed vitiosum ac corruptum. Atque etiam illa verè inscientia existimanda est, quæ contra contrariis principis, scientiæ aduersatur. Nam in doctrinis ac disciplinis non potest inde atque in disputationibus locum habere vitiosa illæ & fallaces ratiocinationes: causa autem est quod verbum medium ita ferè bis accipit solet, ut de illo malis extremum vniuersè enuncietur, ipsum autem de minoribus vniuersè, nec vnquam attributo vniuersi generis nota præponitur. Hæc autem verba, præter id quod sic disponuntur, etiam minimo negotio quædam culla mentis perspicuntur, quomodo accipiuntur quod ferè inter disputandum inuertum obscurumque esse solet. Veluti si quis roget sine omni circulo id quod quædam id nullâ ambiguitate habebit, si iam ante depicto aliquo circulo id quod

Te. 8

Te. 9

non est. Tum verò si illud subsistatur, an non verus sunt, qui circuli nomine appellatur? id iam apertissimum est, omnino falsum esse. Nam sic est huc assumptioni, illis que huius generis mathematicis propositionibus occurrendum, ut vniuersa sit propositio quam pro exceptione opponimus, non autem singularis, & ad inductionem faciendam apta. Vt enim propositio non est habenda, quæ non in multis dicitur, hoc verò in toto genere (nam ex vniuersis propositionibus constat ratiocinatio) ita nec exceptio. Eodem enim sunt propositiones, & exceptiones, quandoquidem nihil pro exceptione opponi possit, quod propositio aut dialectica, aut demonstrativa istam non fiat. Accidit autem interdum vitiosa & fallaci ratiocinatione aliquid concludi, quando medium accipitur, quod est conloquens vtriusque extremi, quæ est illa signi per proportionem multiplicatam: ignis enim (inquit) subito gignitur: quod autem per multiplicatam proportionem fit, subito gignitur. Aucti hoc modo nihil necessarii efficiunt: sed sunt in accipiendæ summatione: ut omne id quod citissima quadam ratione oritur, in multiplicata proportionem signi proportionatum deinde assumatur, ignem citissima quadam ratione nasci. Interdum enim nihil ex his quæ illo modo sumpta sunt, concludi potest: interdum verò potest, sed id non apparet. Quod si non posset ex falsis verum concludi, facile esset in suas causas conclusionem quamque dissoluere: quandoquidem retro commere, ac reciprocari illa inter se necesse esset. Esto enim a verum: & hoc verò posito, sint vera ea quæ ego cerò scio esse vera, quæ sint b, cui quæstio tum dubium erit, quin hæc talia sint ex quibus illud à demonstrandum sit. Atque in disciplinis quidem vix, ac ne vix quidè euenire potest, ut non ea reciprocantur quæ assumuntur, ratione ac dialogo continentur, ipse discipline differunt, sed definitiones ad dogmata incrementum hoc modo capere, & quasi in longius produci, ut non multa contenta ex aliis docent, veluti ex a ipsum b, tum ex b ipsum c, deinde ex c ipsum d, eodemque modo ex superioribus inferiora, vel in infinitum vsque demonstrando. Aut in obliquum procedentes, quæ ex eodem sunt ordine demonstrantur, veluti a de e, & de e. Ac sit quidem a numerus tantus, aut infinitus, b autem numerus impar, si numerus par tantus, d: par ipse numerus, e: concludi igitur etiam a de e manifestum est.



Differencia demoustratiua scilicet quod res sit
et quomobrem sit.

T. 10. **D**ifferunt multis modis inter se scire quod res sit, & quomobrem sit. Ac primum in eadem scientia, idque bifariam. Vnus modus est si ad concludendum non adhibeantur immediatę propositiones: neque enim tum prima causa accipitur. Scire autem cur res sit, est primam cuiusque rei causam nosse. Alius modus est, cum immediate tumuntur propositiones, at non ex causa ostenditur effectus, sed contra hic, quia vi inter ea quę retro commeat est notius, pro medio accipitur. Nam inter ea quę reciprocantur, fieri intercedum potest ut id notius sit, quod non est causa: quare & ad demonstrandum non incommode illud assumetur. Ut si probetur verbi causa, planetas propius a terra moueri: quia non micant. Itaque sint errantes stellę, & nullis micare radiis, b: prope esse a nobis, a. Vera est quidem assumptio, omne e est b. Errantes enim stellę radiis micant: sed & propositio vera, Omne b est a. Nam quod nullis micat radiis, prope est a nobis, quemadmodum inductione, vel ipso sensu iam potuit esse manifestum. Illud igitur necessarium efficietur, Omne e est a: atque ita demonstratum erit propius a terra moueri stellę errantes: quę demonstratio nō cur ita sit ostēdit, sed tantum quod ita sit. Non enim quia non micant, prope sunt, sed contra, quia prope sunt a terra, propterea micant. Ob eamque causam si contra ex altero alterum probetur, fiet demonstratio cur res sit ostendens, hoc modo: Sint stellę errantes e, prope esse b, non micare a. Et b igitur ipsi e inest, & a ipsi b, quod est non micare, conuenit: quare & a ipsi e conuenire necesse erit: atque ita necesse, ut etiam cur ita sit, hac probatione sit ostensum: prima enim huius rei causa accepta est. Similis est hęc etiam illa demonstratio, qua rotundam esse lunam ostenditur vel luminis accretionem, Nam quod in rotundam semper formam accrescit, rotundum est: luna autem ita huic semper modum accrescit, rotunda igitur. Atque hęc quidem ratiocinatio, quod sic res ostēdit: at si & conuerso medium statuatur, tum quomobrem res sit docebitur. Non est enim huiusmodi luminis accretio, eamque cur hęc bōsa sic luna, sed contra quia globosa est, huiusmodi semper luminis accretio e esse conspicitur. Sic igitur luna e, rotundam b, luminis accretio a. Luna autem non reciprocantur eum extremis media, atque illud euenit, ut sit notius hic effectus quam causat: tum quod res sit demonstrari potest, cur sit non potest.

At ne tum quidem potest, quomobrem sit, demonstrari, sed tantum quod sit, cum medium est aliquantio longius petendum id quod propterea sit, quia talis medium causa esse non potest. Veluti si parietem non respirare ostendatur, quia non sit animal. Nam si hęc sit non respirandi causa, necesse est, ut vicissim animal sit respirandi causa: nimirum quia necesse est, si est negationis causa sit affirmatio: exempli causa, si calida eum frigidis non apte conuenire, id efficit ut non bene valeamus, illa certe erit ut bene valeamus causa, calidiorum eum frigidis conuenientia: sed etiam & contrario, si est affirmationis causa sit negationis causa erit negatio. In illis autem verbis que accepta sunt, non ita res habet, propterea quod non omne animal respirat: conficitur autem illa ratiocinatio, in qua huiusmodi causa sumitur. In secunda figura hoc modo, sit a animal, b respirare, e paries: iam omne b est a, hoc est omne quod respirat, est animal: deinde nullum e est a, nullum igitur e est b, id est nullus paries respicit. Sunt autem propemodum scilicet hęc cause illę quę ita reddi solent, ut in illis quasi hyperbole quędam continetur: quod quidem tum sit cum longissime remotum a re medium accipitur. Huius generis est illud Anacharsidis, apud Scythas iuicines non esse, quia illic vites non essent. Atque illa quidem sufficiunt de discrimine earum probationum quibus quod res sit, & quomobrem sit ostenditur, cum ad eandem scientiam pertinet utraque probatio: item quomodo propter verbi medię variam collocationem hęc inter se distinguuntur. Est autem & aliud inter ista discrimen, cum ad diuersas scientias pertinet, quod res sit, & quomobrem sit, ostendere: id quod tum accidit, quando res vni scientię subiecta, sic affecta est ad alterius scientię subiectum, ut sub illo continetur: quomodo ea la quibus versatur optice, ad geometriam affecta sunt: & quę tractat fabrica, ad stereometriam: & quę docet musica, ad arithmetiam: & ipsa phænomena ad astrologiam. Sunt autem ex istis scientiis, quę sic sunt inter se pellatur & ipsa de rebus celestibus disciplina, & naturarum de iis rebus peritia, quę auribus demulcentis modos aptos nouit adhibere. Ac nosse quidem quod res sit, est eorum qui ea artem exercent quę sensum iudicio continentur: cur autem ipsa res sit intelligere, eorum est qui scientia & doctrina sunt perpoliti. Hi enim sunt qui perspectas habent singularum rerum ex suis causis demonstrationes.



de expensum quod rei sit ignorant, quemadmodum is qui valuerit res contemplatur, sane vultenit vt quoddam ex rebus singularis nesciat, propterea quod ad illas res animum fortasse non aduertunt, in is autem rebus id potissimum euenire solet, quod dico, que vt forme quedam separata ob id considerantur, quod aliam quandam rationem habere cernantur, atque adeo quidpiam aliud esse, quam quod sensu percipiunt. Nam quis ante mathematicas in formis quibosdam verari non videt? Neque enim res tractant illas quas certa quadam in materia esse necesse sit, & quantum in aliqua forte re subiecta iussu conspiciantur res geometricę, in ea tamen non hoc ipso cernuntur, quod ad Geometram pertinent. Est autem & alia quadam scientia, quę eodem modo est ad optice affecta, quo ipsa optice ad geometriam & ea sicut pars physice, quę de iride disputat. Nam quod sit, est physici scire, cur verò sit, optice, atque eius quidem est, qui omni ex parte, aut qua ex parte ratione ac doctrina continentur. Sunt porro etiam ex his quarum vna sub altera non continentur, aliqua scientia quę eadem nihilominus habent inter se quadam ex parte coniunctionem vt medicina & geometria. Nam quod vulnere orbiculari difficilius ac tardius curantur, nouit medicus, huius autem rei causam reddit geometria.

CAPVT XI.

Tribus figuris prima est ad scientiam accommodatissima. Primum enim Mathematicę scientia sita in hac figura demonstrationes concludunt vt arithmetica, geometria, optice, & vt in summa dicam, omnes que cur res sit inquirunt. Omnes enim demonstrationes, quę cur res sit ostendunt, aut certe pars earum maxima, ac multo cępius in hac figura continentur quod etiam nobis argumento esse potest, quám sit ad sciendum accommodata hæc figura, quandoquidem illud certissimum accuratissimęque genus sciendi est, quæ res sit eiuusque causa inuestigatur. Deinde hæc vna figura definitionem, qua quid res sit intelligamus, inuestigare possumus. Nam in secunda figura nulla est aliena conclusio definitionem autem cognitio, affirmatione quadam continetur. In tertia vero aliena quidem potest esse conclusio, ac nulla potest de toto genere esse definitio autem ex eorum est numerico, quę vniuersę enunciatur. Nam quis quoddam tantum ex parte hominem esse animal bipes dixerit, iam verò hæc seipsa contenta, nihil illarum egerit auxilium illi autem facta conclusione, si sine quasi referendo ad immediateas propositiones eorum eandem assumptionem, ex quibus illa facta est complexio huiusmodi quę in distinitione hæc cogmentatio, & in multitudine quorundam propositionu accessio, siue prima disti-

Manent fuci magna temporis parte intus , cumque exeat , ciferit sese fuscum in sub- lime : gythque volitant , & quasi exerci- tium faciunt : quod vbi satis iam fecerint , redeunt domum , & epulis perficiuntur . Reges nunquam prodeunt foras , vel ut pascantur , vel alia causa , nisi vniuersa cum plebe . Et si , cum pergunt , rex ipse for- te abierit , omnes inquirere , odoratque sagaci persequi donec inueniant , accepi- mus . Gestari etiam eum a plebe , cum vo- lare non poterit . Et si perierit , omnes dis- scedere : vel si aliquandiu manserint , fa- uos quidem conficere , sed mel nullum nec fieri posse , quin breui omnes discedant . Ceram apes petreptando flores , capiunt , priorem acamine pedum : mox pro- res in modios abstergunt , & modios in blefa posteriorum , atque ita onusta dis- scedunt : & quidem grauari , premisque o- uere cernuntur , quoties redeunt . Mos a- pibus , ne florum plura genera petant vno , eodemque profectu , sed singulis singula . Verbi gratia , a viola ad violam aduolant , nec aliud attingunt , quouque suum in al- ueum redeant . Hic se quatunt , & singu- las , tres , aut quatuor sequuntur : sed quid accipiant , haud facile videtur , nec verò quemadmodum operantur , vltim adhuc est . Cere congestio notari potuit in oleis , cum diutius in eadem morentur , propter frondem eius arboris spissioiem . Post hec fortificare incipiunt : nec prohibet quic- quam , quo minus eadem in cella sint , & pulli , & mel , & fuci . Gigni fauos scorum dicitur , si dux viuit : sed si obiit , in apum localamentis oriri ex ipsis apibus , atque hos fieri animosiores , quocirca aculentos vocari , quamuis aculeo careant : animo- nanque feriendi , non potestate , nomen hoc meruerunt . Sunt loculi ipsi fauorum ampliores , & finguntur scorum quoque per se faui fauorum . sed magna ex parte fauis apum infecuntur , quapropter fecan- dum est . Genera apum plura , ut dixi . Duo principum : alterum rufum , quod præstan- tius est : alterum nigrum , magisque variu , duplo amplius ape vtili . Tertium genus , quod optimum , breue hoc , in rotundita- tem compactile , & variu est . Quartum longum , crabronibus simile . Præterea , quod fur appellatur , nigrum hoc , aliudque ampliore est : quin etia fucus , qui omnium maximus est , sed sine aculeo , & ignauus .

A *Manent fuci* ... B *Manent fuci* ... C *Manent fuci* ... D *Manent fuci* ...

Amphidocor ... *Amphidocor* ... *Amphidocor* ... *Amphidocor* ...

Manent fuci ... *Manent fuci* ... *Manent fuci* ... *Manent fuci* ...



Cum autem fauos apiarum eximunt, cibi tantum relinquunt, quantum per hyemem sufficient. Quod si fauus sit, feruatur ex amē: sin minus, vel moritur ibidem, si ne discedat, hycms obstat: vel deterit sedem, si feruē nācificatur. Mel apibus tam astatē, tū hycme in cibo est, sed recondunt alterū quodque cibarij genus, cui durities cerx proximā, quod sandaracam nonnulli appellāt. Inferunt inluriam apibus maximē vesper, & auiculz, quas paros vocant, atque etiam hirundo, & merops: qui apiaffer est, ut verō tanx laticis, eas vbi ad aquam accesserint, capiunt. Quam ob rem eas apiarum pet paludes, & stagna, vnde apes aquantur, venari solēt, & vesparum latibula, & hirudinū, ac meropum nidos propinquos aluei, tollunt. Nullam animal, nisi sui generis, apes fugiunt. præliāt enim inter se, & cū vespis. Sed cum tūri sunt, nec sibi iniucē, neque vllis aliis inluriantur: at verō apud suos alueos pugnant acerrimē, & hoīes, neque vicerint, enecant. Interēdū quæ percussissent: quoniā sine intestini eruptione, aculeos eximi non potest. Sæpius enim euadūt, si, qui iētus est, curam adhibet, vt aculeus inhxus iunctis cum aluo extringatur, alioqui apis inuēit. Necant vbi maxima animalia iētā sui aculei. Hæ equus occisus ab apibus est: sed principes minimē lretiltor, & ferūt. Hæferunt foras apes vita in alueo defunctas, & cætera. Mundissimū omnīū hoc animal est. Quam ob rem sepe numero cum alui necessitas est, auolat, & in secessu reddunt excrementum, quoniam malē oleat. Oderunt non solum fædos odores, sed etiam vāguentorum delicias. Ex quo fit, vt homines his delibutos percuciant. Pereunt apes cum aliis casibus, tum verō cum multi principes orti, partem quisque secum, quō libuit, abducant. Rubeta etiam apes Interimit: subdēs enim aditus aluei, afflat, & obseruans rapit euolantes. Nullo hæc affici malo ab apibus potest, sed ab apiario facillē intercimuntur. Genus autem apum, quod improbum esse, ac fauos fingere asperos diximus, nouellis maximē tribuunt apiarum nonnulli peccare q̄: ita per imperitiā eas arbitratū: nouelle autem sunt anniculz omnes quantum examen quotannis auolare solitum est. Nec verō nouelle ipsz perinde, ac veteranz, pungunt. Cum copia mellis

εργαζήν τε ποιεῖν τε, καὶ πρᾶξι τὰ κερδιὰ ἐργάζονται, εἰσι τινες ὅτι μάλιστα, ὅτι καὶ ποιεῖν τὰς ἰσχυρὰς τῶν ποιεῖν δὲ ἀνπερμεσωμένων. ἴσως δ' εἴπω ἐν ἰσχυρῶν, δὲ καὶ ποιεῖν αἱ ἰσχυρὰ δὲ ἰσχυρὰ θήροται. εἰσι γὰρ ἴσως μάλιστα, ἴσως δ' ἰσχυρῶν.

non suppetit, apiarum fauos depellant, & fucus, ac reliqua id genus dulcia in cibo apponunt. Apum seniores intus operantur, hincorūque morz domestica ratione sunt. Adolefcentes foris negotium exercent. & ea, quæ res exigit, portant, leuiorēque sunt labore hirsutie detrita. Fucos etiam ipse intercimunt, quoties non satis locis operibus est: tenent enim aluei locum penitiorē. Cum morbo examen quoddam laboraret, agmen peregrinum inuasis, & pugna conferta, ad epiagque victoria, mella diripiebat. Quod cum apia rlius prostermeret, victam examen statim egressum viciscēbatur, nec hominem ipsum vllō pacto imprecabatur. Morbo examina valentiora potissimum infestantur cleo (sic enim vocant vermiculos, qui in pauimento nascuntur) e quibus crescentibus velut aranea alueo toti obducitur, & faui carie pereunt. Alterum morbi genus quasi otium quoddam, & veteritas apum incidit cum fædo aluei odore. Passus gratissimus apibus thymum est: sed rubido albidam præfertur, locus æstate non feruidus, hyeme tepidus. Agrotant eo potissimum tempore, cum per ætuginosam materiem operantur. Quoties verō statu vehementi iactantur, lapillum gestant, quo se quasi fulcro, & fundamine quodam stabiliant contra statum. Bibunt si fluuii sit propinquus, non aliunde quā ex eo, posito onere: sin minus, aliunde humore hauito pergitur ire ad mel euomendū, cōfestimq; negotiū reperiunt. Mellis cōficiendi tempora duo sunt, ver, æque autumnus: sed verum suauius, candidius, omnino præstantius autumnali est. Conficitur profectō melius ex noua cæra, nouellisque stirpibus. Rufum verō, atque deformius faui vitio redditur, quippe quod perinde vt vinum à vase, vitietur: quapropter coquendam id, resiccandūque est. Cum autem ex thymo florente faui replentur, fit, ita, vt minus vel coeet, & duretur. Probatur eni ex aureolo color: quod autem albicat, non è sincero thymo confectum est: sed id oculis & vteribus commodius applicatur. Mellis exillior pars fluitat, quæ eximenda est: pura verō, & valida subsidit. Conficiunt ceram, cum stirpes florent, quam ob rem eximenda per id tempus cæra de alueo est: continuū enim reparatur. Hæc sunt vnde accipiunt, thymus, fufus agrestis, fertula campana, albuicum, myrtus, phleus, vitex, genifia. Cum ex thymo conficiunt,

ARISTOTELIS

non insuper vespar, sed matrices iam procreant: quae quidem superne per summa vesperti vermium specie multo grandiorum gignantur, in cellulis continuatis quatuor numero, aut paulo pluribus. Alioquin incrementi ratio dulcior eademque vespa est. Sed cum vespa operatae fauis adhaerent, non praeterea duces operantur, sed operatae ipsae cibum suis ducibus subministrant. Quod ea re constat, quia duces non item evolant, sed intra tecta quieteant. Ceterum utrum duces anni superioris, novellis iam procreatis ducibus, interiori antur a vespis novellis, idque simili modo enentis, an plus etiam temporis possint vivere, nondum exploratum est. Nec vero senectutem matricis, & vesparum generis feci, aut aliquem huiusmodi effectum annuotare adhuc quisquam potuit. Est autem matrix latior, ponderosior, crassior, & maior, quam vespa, volanti que haud plurimum valet. Prae pondere enim sui corporis volare longius nequit. Quo fit, ut semper in vespariis sede effingentes suos, & munere fungentes cellarum. Infant porro matricis noncupa in vespariis plurimus: sed aculeata sint, necne, ambigitur. Videntur tamen & ipsae, ut apum duces, genere quidem aculeum, sed non extingere, aut ferire. Vesparum autem aliae sarent aculeo, ut fuca: aliae habent. Minores imbecillioresque sunt quae caent, neque repugnans, contra, quae habent, maiores, robustae, atque pugnaces, quas nonnulli mares appellant: feminas vero eae, quae caent. Pleraque ex his, quae aculeum gerunt, amittere eum videntur hyeme inflante: sed hoc ex nemine, qui vidisset, accepimus. Vespa temporibus siccis, locisque asperis potius orientur. Ortus sub terra agitur. Flugunt suos fauos ex compositis, ac terrea, & ab eodem primordio quasi filiae vniuersaeque edificant. Cibum vel ex floribus quibusdam, & fructibus petunt: sed quum plurimum ex carae. Coire nonnullae etiam ex ceteris visis sunt, an aube aculeo careant, aut habeant, vel altera habeat, altera careat, nondum exploratum est. Ferrorum etiam nonnullae coire visae sunt, & alteram gerere aculeum constitit, sed de altera incertum est. Factus non parum prouenit videtur: factum enim auctior, quum partus vespa pariantur, existit. Si vesparum ex pedibus ceperis, bombaracaeque fueris,

μειζον τῶν δ' αὖτ' ἰσχυρότερον ἔχει τὴν ἀποδόνησιν, καὶ τοὺς ἄλλοις

DE HIST. ANIM. LIB. IX.

aduolant quae aculeo carent: quod non faciunt, quae aculeatae sunt. Itaque argumento quidam hoc videntur, ut altere mares sint, altere feminae. Capiuntur hyberno tempore, in speluncis, & quae aculeum habent, & quae caent. Condunt aliae sua vesparia pauca, & exigua: aliae plura, & ampliora. Capitur magna matricum pars a solstitio apud vltimos: colligunt enim hinc lentam & gummosam materiam. Prodiere locis quibusdam matricis ortu admodum numeroso, cum superiori anno vesparum, atque imbrum copia praecessisset. Capiuntur per praecipitia, & tecta rimas, praeruptaque directiora: omnisque visuntur aculeum gerere. Talis vesparum ratio est.

CAPUT XLII.

Crabrones non floribus, ut apes, sed carne magna ex parte viuunt. Unde fit, ut versari vel in stercore saepe soleant. Venantur etiam muscas maiusculas, quas ubi ceperint, abscisso capite, reliquum corpus gestantes auolant. Sed pomum etiam dulce appetunt. Cibum his talis est. Duces more apum, vesparumque habent, qui proportionate ad crabrones maiores, quam vesparum ad vespas: & apum ad apes sunt. Degunt hi quoque intus, ut vesparum duces. Faciunt sibi alueum sub terra crabrones, terra egesta: & ut formicae excavant. Mitho enim ut apum, nulla vel eorum, vel vesparum fieri solet. Sed qui subinde ostiantur nonnulli, ibidem manent, & alueum terra egesta faciunt ampliore: amplificanti maiorem in modum, & iam ex valentiore quodam examine quallitres, & quatuor fauorum pleni excepti sunt. Nec vero cibum ritu apum sibi reconduunt, sed ieiuni latent per hyemem, quo tempore plurimi moriuntur: an etiam omnes, nondum certum est. Duces non plures vno, singulis eorum examina ostiuntur, ut inter apes gignantur plures, qui examina distrahunt. Sed si qui crabrones suo alueo aberrarint, colligunt se ad aliquam arborem, fauisque ibi faciunt, qui vel saepe conspicui apparent: in quibus vnum procreant ducem, qui cum adoleuerit, argumen adducit, & secum in alueo collocat. De coitu crabronum nihil adhuc



& superfiliant malos nauigiorum quæ fortè affuerint. Hoc idem vrinatores faciunt, cum se in profundam dimiserunt pro viribus enim conuersi citius efficiuntur, vt spirant. Degunt coniugati mares cum femina. Quæritur quamobrem in terram etumpant hoc enim interdum eos facere incerta de causa dicitur.

CAPVT XLIX.

Sed vt quæque animalia pro suis affectibus agere, sic pro suis quoque actionibus affici, immutarique moribus solent. Pars etiam corporis nonnullæ sepe numero ratione agendi immutatur, vt in auium genere euenit. Gallinæ enim, cum mares vicerint, cucuriant, & exemplo marium, tentant superuentu coire. Cæssa etiam, caudæque erigitur, ita, ne facile præterea sit, an femine sui, cognoscere. Nonnunquam etiam calcæria patua iis enascantur. Iam verò mares & vici nonnulli sunt, qui, cum fortè femina inuenerit, ipsi officio matris fungentur in pullos, ductando, fouendo, educando, ita ne de cætero, vel educare, vel coire appeterent. Quinetiam inde à primo ortu Naturæ, ita nonnulli mares effeminati proueniunt, vt neque cucuriant, neque per coitum agere velint, & venetem eorum, qui tentent superuenire, patiantur. Vculus etiam immutatur colore, & vocem minus explanat, cum se abditurus est, quod facere exortu canicula solet: apparere autem incipit ab ineunte vere ad eius syderis ortum. Abditur & ea, quam ænantiam quidam appellant, ac si vidualoram dixeris, exortu eiusdem syderis, occasu verò appareret: vitat enim interdum frigora, aliàs æstum. Necnon upua cum colore, tum verò specie immutatur, vt Alchylus poeta satis carmine suo exposuit:

*Quin ferè sui spiritus autem, & epapem mali,
Colore speciem multumda pergens suam,
Saxiculam: ex improbum arma gestantem
alitem.
Adulti infantis forma hic sese refert,
Nam vere candicans ubi exiit nens,
Æstate tum deinde, vt recanduit seges,
Alas repente variis maculat at quas.
Vagatur hic semper, saluberrimus locus,
Deserta quarit nemorumque inuisa plagas.*

Complures etiam alix aues immutantur per tempora, & colore, & voce: vt me-

καὶ ἄλλα δὲ ποικίλ' ὄψ' ὀρίθων μεταβάλλοιτο καὶ χροίε, καὶ τῷ γένητι καὶ φωνῇ.

Aquila, quæ ex nigra redditur ensa, & vocem mitis dixeram. Suscipit enim per hyemem, cum per æstatem tumultuans canet. Mutat & tædus colorem, quippe qui collo ætate varius, hyeme murino distinctus spectetur: voce tamen eadem est. Luscinia canere solet assidue diebus, ac noctibus quindecim, cum sylvæ fronde incipit opacare: dein canit quidem, sed non assidue: mox adulta ætate, vocem mitis dixeram, non in super variam, aut celestem, modulatiuamque, sed simplicem: colore etiam immutatur. Hæc quidem in terra Italia per id tempus alio nomine appellatur. Apparet non diu: abdit enim sese, & latet. Rubecula, & quæ rutililla appellatur, inuicem transeunt. Estque tubercula hyberni temporis, rutililla æstiuæ. Nec alio ferè inter se differunt, nisi prædoris colore, & caudæ. Sic & ficedula, & atricapilla vicibus commutantur: sic enim ineunte autumno ficedula, ab autumno protinus atricapilla: nec inter eas discrimen aliquod, nisi coloris, & vocis est. Auem autem esse eandem constat quia dum immutaretur, hoc genus viturque conspectum est, nondum abfoluè mutatum: nec alterutrum adhuc proprium vllum habens appellationis. Nec mirum, si hæc ita voce, aut colore mutantur, quando & palumbæ hyeme non gemit, nisi quod aliquando ex asperissima hyeme placidum tempus successisset, gemuerit: quod apud pecivos in admiratione habitum est: cæterum ineunte vere gemere incipit. Denique aues tunc maximè, plurimamque emittunt voces, cum coeunt. Mos auium est, vt alix sese in puluere volitent, alix sese lauent, alix nec puluere, neque balneo vrantur. Sunt pulueratrices, quæ non altiuole, sed terræ propinquæ: vt gallina, perdix, attagena, alauda, fassiana. Lotrices, nonnullæ rectungulæ, quæ circa fluuios, aut paludes, aut mare versantur. Alix viturque, cum lauare, tum puluerare solent: vt columbus, vt passer. Adnatarum pars maior neutrum facit. Hæc ita se habent. Proprium nonnullis adium euenit crepitus alui vt turturi. Pars etiam nouissima alui earundem vehementer citatur, cum vocem reddunt.

Aquila, quæ ex nigra redditur ensa, & vocem mitis dixeram. Suscipit enim per hyemem, cum per æstatem tumultuans canet. Mutat & tædus colorem, quippe qui collo ætate varius, hyeme murino distinctus spectetur: voce tamen eadem est. Luscinia canere solet assidue diebus, ac noctibus quindecim, cum sylvæ fronde incipit opacare: dein canit quidem, sed non assidue: mox adulta ætate, vocem mitis dixeram, non in super variam, aut celestem, modulatiuamque, sed simplicem: colore etiam immutatur. Hæc quidem in terra Italia per id tempus alio nomine appellatur. Apparet non diu: abdit enim sese, & latet. Rubecula, & quæ rutililla appellatur, inuicem transeunt. Estque tubercula hyberni temporis, rutililla æstiuæ. Nec alio ferè inter se differunt, nisi prædoris colore, & caudæ. Sic & ficedula, & atricapilla vicibus commutantur: sic enim ineunte autumno ficedula, ab autumno protinus atricapilla: nec inter eas discrimen aliquod, nisi coloris, & vocis est. Auem autem esse eandem constat quia dum immutaretur, hoc genus viturque conspectum est, nondum abfoluè mutatum: nec alterutrum adhuc proprium vllum habens appellationis. Nec mirum, si hæc ita voce, aut colore mutantur, quando & palumbæ hyeme non gemit, nisi quod aliquando ex asperissima hyeme placidum tempus successisset, gemuerit: quod apud pecivos in admiratione habitum est: cæterum ineunte vere gemere incipit. Denique aues tunc maximè, plurimamque emittunt voces, cum coeunt. Mos auium est, vt alix sese in puluere volitent, alix sese lauent, alix nec puluere, neque balneo vrantur. Sunt pulueratrices, quæ non altiuole, sed terræ propinquæ: vt gallina, perdix, attagena, alauda, fassiana. Lotrices, nonnullæ rectungulæ, quæ circa fluuios, aut paludes, aut mare versantur. Alix viturque, cum lauare, tum puluerare solent: vt columbus, vt passer. Adnatarum pars maior neutrum facit. Hæc ita se habent. Proprium nonnullis adium euenit crepitus alui vt turturi. Pars etiam nouissima alui earundem vehementer citatur, cum vocem reddunt.

καὶ ἄλλα δὲ ποικίλ' ὄψ' ὀρίθων μεταβάλλοιτο καὶ χροίε, καὶ τῷ γένητι καὶ φωνῇ.



ex ipsi functionibus: sicut & alterius membri: cum ossium suum quantum satis est facit. Ac postquam peregit, & labore, & dolore caret. id quod cum ex alia membris, tum oculi exemplo perspicere sanè potest. Quemadmodum enim oculus cum neque grauius est, & primo videt, mox ab eo visu nihil conturbatur, postremo retinet adhuc pristinam videndi facultatem, sanus est: ita matrix quoque, si neque doret, & officio suo quantum satis est, fungitur, tum absoluto opere suo nullum capiat dolorem, neque fatiscit. Quamquam autem matrix ipsa non bene se habeat: dicitur aliquando tamen, ad officium suum perficiendum & bene & prospere valere, si opus ipsum nihilo deterius efficiatur. Quemadmodum siue oculi partes non omnes rectè valent, siue aliqua insit pustula: nihil homini impedimento erit, quominus oculus exactè videat: sic & ipsa matrix, si bene suo in loco sibi à natura attributo existat, nihil inde capiat detrimenti, aut damni det. Primum igitur oportet suo certoque loco persistere matricem: neque aliam ac que illam mutare sedem, vt bene valere existimeret. Deinde eundem constantem situm obtinere, nisi eam aliquatenus promouere possit: Idque sine incommodo atque difficultate. Neque si atteratur, eam obtorpescere, quasi nihil sentiat, bonum est. Id quod facile percipi potest. Matricem autem talem esse oportere, ex hisce rationibus satis constat. Nam si non prodeat, nihil quicquam ad seise attrahere valebit. Etenim longinquior erit recessus ille, quam vt inde quippiam possit comprehendere. Quod si neque prope manere, neque profum adire valent, contumaces sunt. At si ad rectum minimè moueantur: id verò vehementer curandum est, obediuntiores vt sint. Cum his igitur prædix esse matricem necesse est, tum si non sunt, certis remedijs curandum est, vt sint ita. Oportet præterea ritè solui menstruatitè autem soluentur, si æqualibus statisque intervallis sano in corpore emittantur, ita enim fiet, vt intelligamus: & commode aperiri, & quo tempore corpus humorem illum transmittat, eum excipere posse. Quod si aut sæpius, aut spissius, aut incertis spatij temporis soluantur, ac reliquum corpus bene habeat, neque eiusmodi erroris communis causa sit: oportet est ab ipsa matricibus nocuentium proficisci. Euenit sanè propter eorum immobilitatem, vt debito tempore ne aperiantur. Quæ aut parum accipiunt humoris, nec parum attrahunt quàm par sit: idque propter inflammationem quandam. Quæ quomodo quemadmodum de oculo diximus, deque venis, & alijs, alijs corporis partibus

ita matricem quoque medici curam videatur postulare. Quæcumque enim loca inflammata sunt, eum trahant ad sese humorem, qui ipsa in loca excerni consuevit: verum neque quantitas, neque qualitas illa respondet, quibus humor ille prædix antea fluere solitus erat. Ea ratione muliebri quoque vterus de sese iudicij faciet, eum morbo quopiam erit inflammatus: si plus humoris reddat, qui tamen similitudine non differat à priore. Quod si humor ille, licet similis fuerit, putridus tamen sit (qualem egerere consuevit foemine valentiores) manifesto iam hæc apparebit egritudo. Et matricem ipsam morbo laborare, neque prout decet bene affectis esse, ea sunt indicia. Alba autem menstrua, & putrida bene valentibus mulieribus non vno modo prodire solent. Sed alij mensura initio, alij cum cessant. Quibus eunque igitur mulieribus aut putridiora, aut sine ordine vberiora, aut parciora mēstrua quàm sint sunt: multo accuratius egeret medicina ad exigenda hæc impedimenta, quæ prohibent generationem. Quibus verò temporum tantum intervalla incerta atque inæqualia sunt, minus hæc incommodat egritudo, nihilominus tamen matricem indicat habitudinem immutatam, neque constanti statu continuam esse. Atque hoc affectio quædam potius, quam conceptionis prohibentur, quam egritudo appellari poterant propterea quod etiam nullis adhibitis medicamentis redire ad pristina sanitatem possunt, nisi alterius cuiuspiam peccati fiat accessio. Quod si aut ordinis, aut quantitatis ratio immutetur, ipsamque corpus non eodem habitu conseret sibi, sed aliquando humidius, aliquando siccius existat: nequaquam vteri in causa sunt, propterea quod oportet eos, tum in excipiendo, tum in emittendo, rationem sequi habitudinis quæ in corpore est. Igitur si corporis sanitate variaia hoc eis euenerit, nulla ipsi indigent medicatione. Sic corrupta vitæ dicitur minus soluerint, quoniam eiusmodi exccrementum alias in corporis partes derivatum absumatur, laborat sanè corpus ipsum. Quod si abundantius erulerint scitico quia eam in locum à egero corpore largius redundet. ne hoc quidem indicio est, vter eos egeret medicamentis: sed curandū esse corpus ipsum. Denique menstruatam immotatio hæc, quæ corporis consequitur immutationem, nullā ostendit matricibus noxam, sed eas bene valere. Ipse autem matricem seipsis interdum melius habent, siquidē humidiores aliquando, alijs siciores sunt.



Et frequenter ipsas corpus plus, cum plenius est. Cum autem minus est plenum, minus implet. Ita ab sicciore corpore plus sanguinis adspiratur ab humidore, plus aqua. Atque ea quidem quae alba effluunt per initia mensium, speciem lactis praeseferunt seilicet odore carent. Quae autem initio rubra sunt, & cum cessare incipiunt, extrema mitione exeunt albidiora. Quae ut nullam oleam putredinem, ita spirant graue quid, & acreneque tamen pus conterunt, sed liquidum repraesentant. Quamquam non sine calore is mensium modus euenire solitus est. Quare et mulieres, quae talibus mensibus exoluantur, habent ad generationem liberorum matricem accommodatas. CAPVT II.

Primum igitur contemplandum, an bene habeant matricem. Deinde, quoniam sicut enim corpus constitutum sit. Oportet enim rectas esse, alioqui semen non attrahent. Si quidem ipsa quoque mulier profluum seminum proleat. Idque ex ea videtur infirmis perfecte manifestum est. Et nunquam tempore vteri locus anterior humectatur nihilominus eger absterfione, quam si cum viro tum essent. siue cuius viri coitione in eodem loco nem proleclunt: non autem ad anteriorem vteri recessum. Caeterum eam in partem matricem anteriorem cum proiecerint semen, inde spiritus vel trahunt illud inuro, quemadmodum naribus quoque fieri solet. Quae si fit in non uno eorundem modo concipere possunt propterea quod in anteriorem matricem partem tam mulier, quam vir emittit semine. Si enim in ipsam matricem emitterent, nequaquam sciret ut quous concubitus modo concipere possent. Quod si sit, ut in rectum non spectent matricem, sed aut ad femina, aut ad lumbos, aut ad pedinem: nequaquam poterunt concipere, propter eam, quam diximus, rationem. Nimirum semen ipsum quando nequeunt attrahere: atque haec affectio si aut natura constituta extiterit, aut validioris morbi euenit vi, nulla cura poterit emendari. Si vero aucta a natura rupta fuerit, aut propter morbosam inflammationem contingat ut conuellatur, pro alterutris ratione affectio haec assiduuerenda est. Quae igitur hoc agunt, ut praegnantiam hanc, ut matricis os non solum, ut diximus, rectum esse necesse est, sed etiam bene affectum ad apiciendum. Erit autem bene affectum, si, quo tempore effluere incipiunt menses, attracturum inueniatur mollius, quous est

neque positus clausum, nisi si mentium initia alba frequentiaque sint. Nam si exciterint coloratiora, quali rubore spectantur caro, si tangatur apertum manifesto occurret os, & neque contumax, neque cum tactus afferat dolorem, neque alia diuersum affectione, quam esse debuit. Cum autem cessant menses: oclusum vehementer siccumque os esse debet, diem integrum & semisseto, aut etiam alterum diem: neque durum tamen. His enim indicibus dignoscitur, & benevalere matricem, & officio suo fungi. propterea quod non ita cito aperitur: & ore tamen molli praedita sunt. Itaque sit, cum soluitur corpus, soluantur ipsae quoque, neque ulli sint impedimento, primumque expellunt ea quae in ipsius oris vestibulo sunt. Cum autem largiore copia perfluxerit corpus, aperuntur. Quo indicio deprehenditur oris proba valetudo. Vbi autem defecerint iudicia: si non statim contrahatur, humoris inopia significatur. Atque ipsae euadunt inanes, aridae, situlose: neque partem vllam obtinent reliquiarum circum eum locum quae transmitti consuevere. Igitur si vim habeant attrahendi, idque sine molestia, & cum sensu tamen fiat: argumentum est bene esse comparatum, non solum ad coitum, verumeriam ad concipiendum. Quamquam illud quoque inter bona iudicia obseruandum est: ne corpus a natura sua delapsum sit. Hoc enim pacto intelligemus, nullum esse impedimentum: quo minus matricem, cum opus sit, ocludi possint.

CAPVT III.

Quemadmodum vteri os bene maleve affici consueverit: his rationibus per spectari debet. Nunc ipsi matricem post purationem quidam soleat euenire dicendum est. In principio si in somnia perinde fluctatur, quasi cum viro vbi coit: atque ita semen emittit facile bene est. Tantoque melius si ei frequenter id contingat. Tunc vbi surrexerit, opus habeat aut absterfione, aut alia curatura: quae vti solent a coitu mulieres. Oportet autem si nihil exierit, nequaquam continenter retineri: sed postquam exierit, mulier sit, humescere matricem. Idque non statim semper sed inter dum serius, atque a deo ad dimidium partem diei. Humor autem ille talis est, qualis in coitu emitti consuevit. Haec namque omnia argumenta sunt: & matricem concipere id, quod datur: & acceptabula tum attrahere, tum continere possunt. postremo quoque eam inuitam amittere.



Præterea si intus & creentur flatu sine ve-
xatione: & emittantur, sicut & ab alio.
Tum autem ipsæ si minores interdum,
interdum ampliores sponte sua, non mor-
bo villo fiant. Hoc enim intelligimus, eas
neque duriores vel natura, vel morbo, ne-
que contumaces esse. Sed extendendo se-
se dare locum posse ei quod receperint
cum id capiet incrementum. Quod si hoc
ita non fit, propter aut deficitatem, aut quia
minus sentiant: siue id natura fiat, siue
morbo contingat: ex fortis alere nec po-
terunt: & adhuc pusillos sua vehementia
corrumpent. De ea verò vehementia si-
quid dicitur: etiam maiores foetus interfici-
ant: sed paulatim admodum cedunt eos
interimunt foetus, qui minus sunt valen-
tiores. Oportet autem tum dextras, tum
sinistras partes cum atrectatis, eas inter se
æquales inuenire: atque alia ad eundem
modum. Inter coeundum quoque home-
scere neque sepe, neque vehementer. Est
autem humor hic, exudatio quasi quodam
loco illius. Quomodo modum & oris salua.
Quæ tunc acceptis cibis, tum inter loquen-
dum solet euenire, siemque cum multum
laboramus: præterea sicut fit, vbi cietus
ex oculis lacrymas illustriorum aspectu
rerum atque etiam præ frigore, atque ca-
lore validiore quem ea obvinent mem-
bra, simul cum humiditate: quo tempore
siquis viger. Sic & matricæ humescunt
cum id quod ad se perelnet, opus pera-
gunt: si humidore habitu affectæ sint.
Contingere autem solet id illis, quæ bona
sunt habitudine. Quamobrem sicut os
spultione, ita matricæ nunc maiore nunc
minore indigent curatura. Quædam en-
nim tanta afficiuntur humectatione, ut
virile semen nequaquam possint pueri
attrahere, propterea quod & hoc, & illud
quod à muliere deciditur, miscetur. Præ-
ter has affectiones autem illud quoque
animaduertendum est: si id vsuenerit, ut
per somnum cum viro coire videantur,
imbecillioresque, à cubito exurgant, an va-
lentiores. Atque horum utrumlibet sem-
perne ita fiat, an interdum tantum. Item
an sicciore primum, deinde humescente
vulua. Oportet enim hanc habitudinem
consequi eas mulieres, quæ apte nata
sunt ad generandum. Nam quod exol-
vuntur id argumentum est, earum corpus
habere semper aliquid seminis ad emit-
tendum, efficique ut molles efficac sit.
Imbecillitas autē illa ex eo oritur, quoniam
semē ipsum corpulentū est. Ab his autē quæ
exisse præter modum, præterq. naturā, alioqui morbosa quæpiā fecerit, etiam

Quod autem valentiores exurgunt, atque
ipsa matricæ tunc sicciore est, postea verò
humescit, id indicat vniversi corporis vim
ad semen & excipiendum & subtrahen-
dum. Corpūque ipsum non deterius va-
lere, quā matricem. Spiritus enim vi-
atrahunt in uterum matricis id, quod ex-
trinfecus appellatur, quemadmodum si-
præ dictum est: neque enim intro in in-
psam proiecitur. Ceterum si quis & bo-
na valetudine sit & ætate integra, etiam
iunatur ad celeritatem seminis emitten-
di. Semen ex his rebus est, quæ celeriter &
augescere possunt, & augentur sanè. Ita-
que tunc mulieres læter conceptione, quæ
fit: neque enim sese concepisse arbitran-
tur quoniam non sensere. Id autem iccirco
fit: quia putant in proiectione ipsa vi-
trūque tam viri tum mulieris semen ta-
ci eodem momento temporis debere. Ma-
ximè verò illas læter conceptione: quæ ne-
gant fieri posse ut concipiant, nisi sicca
matricæ sint à coitu: propterea quod oblat-
tum semen manifestò non retineatur. At
verò tum à muliere, cum à viro emitti
plus posse seminis, quā quantum aut re-
trahi valeat, aut requiratur ad concep-
tionem, obseruatum est. Quare cum
quantum satis sit, attraxerit, multūque
reliquū factū sit, tum verò peficiunt
se concepisse. Quod autem ita sit, neque
vniverso è semine confectur foetus, ex eo
liquet, quod animalia aliquot vnico initu
multa concipiunt, cum autem ex gemel-
lorum generatione, quæ coitu vnico fit,
palam quoque fit. Manifestò enim intelli-
gimus non cuncto è semine constitui: sed
eius portione tantum retenta in locis,
maiores partem abiectam esse à super-
fluo. Igitur si multiplex foetus vnico tan-
tum concipitur initu (id quod tum fuillo
in genere, tum in his, quæ gemellos ali-
quando pariunt, satis patet) sanè semen
ipsum toto à corpore nequaquam profi-
ciscitur: sed ita à toto decidi conuenit,
si in singulis formis distribuatur. Atque
inde totum illud in multa partitur. Ne-
que enim & simul, & particulatim potest.
Præterea semina prorsum in matricis os
semen proiecit: quem in locum etiam
vir ipse, quo coit tempore. Inde nanque
trahit spiritus, quasi buccæ, aut naribus.
Quæconque enim nullo admouentur in-
strumento aut natura trahuntur sur-
sum: si ne locus siccus sit, quemadmodum antea, quā coissent. Compa-
randa matricæ via in mulieribus, qua semen egreditur, ad hunc modum.



Colem enim habent, quemadmodum viri penem. Sed in ore ipso per illum cessant pusillo meato, cuius situs paulo altior est, quam is quo urinam reddunt. Quo fit ut ea pars aliter sese habeat, cum illa in venerem incitantur, quam cito non appetunt. Ab hoc igitur cole sit feminis calus. Anteriorem autem matricis regionem natura multo constituit maiorem, quam is sit meatus, per quem illum in locum excidit. Est autem id simile naribus hac in parte. Nares enim meatum quandam habent periculum, tum in guttur, tum in aerem exteriorum. Eodem modo & in matrice meatus est parvus admodum & perangustus: quippe quantum satis sit ad spiritus exitum. Anteriorem autem matricis locum latum ac spaciosum: quemadmodum nares quoque latiores sunt, qua parte ad aerem flant, quam qua cessant ad os & guttur. Ad eum modum mulieres quoque eam viam, que ad matricis anteriorem locum pertinet, habent maiorem & ampliore. quam in eam que foras tendit. Quodcumque autem hunc in locum conueniunt, similes efficiunt effectiones, propterea quod mulier ipsa quoque prolficuum iactat semen. Hanc autem eandem consequuntur causas. Quas exulsi, qui aut ad morbum, aut ad mortem referunt in alterutro: id, quod postremum est, loco principij contemplantur. Hoc autem animaduocet opere precium est. Etenim in quibusdam principia ipsa in causa sunt: In aliis autem, nulla. In aliquibus autem partem insunt sic, partim non ita. Quare contingit, eas affici secundum proportionem si quidem nonnulla partitur omnes affectiones: quaedam magnam partem, quibus magna causa est hanc paucas: alie autem nihil penitus, quibus nulla est causa. Spiritu autem que agunt, vi id efficiunt. Quare matricis eiusmodi corpus facultatem obtinet attrahendi. Euenit autem interdum tum mulieribus nocturna venere, tum viris, si coitu exonerati sunt, melius habeant, non robore, sed valetudine. Id quod fit propter feminis coagmentati copiam eo in loco, vadq; emitti consuevit. Quippe inde femine exeunte, nihilo sunt imbecilliores. Neque enim tunc exoluntur: cum adhuc relinquitur, quod sit de satis, de vtili & facite ad habendum: quippe superfluis partibus exoneratum, itaque non robore, sed leuitate sunt habiliores. Verum si ex istis, quorum corpus indiget quoque ademptum sit, imbecilliores sunt, quoniam affectus ille cito collitur: vbi tantundem repositum sit.

Est si quis... A Capendum est, mulieres ne patiantur id, quod quibusdam euenire solet. Hoc appellant *εξαναμωδαι*: Latini frustrat. Fit autem, vbi in coitu neque proficiunt quicquam neque concipiunt, vnde & nomen frustrationis comparatum est. In causa est matrix: quae admodum arida sit. Ea enim ita affecta astratum ad sese humorum emittit foras. Is tum tumor attenuatur propter modum, atque pusillum fit: Tum dilabitur, neque sentitur, propter exiguitatem. Igitur matrix si vehementer ac supra modum siccata sit, celeriter semen abigit: citoque palam fit, feminam non concipisse. Quod si non valde festinat ad eiciendum, tantisper videtur vterum gerere, si eius tumor cum priore statu comparator, donec abiciat. At in cetera sanè isdem affectionibus afficiantur, quibus ex quae vere vterum gerunt. Tum autem si plus temporis adiciatur, intumescent vterus adediv tapere conceptisse quoad excidat videantur. Ibi vero redit ad pristinum statum suum. In ea igitur sententia sunt mulieres: hoc numinis cuiusdam euenire potestate. At id est aliquando medicabile: quippe eo morbo suapte natura mulier si non afficiatur. Animaduocimus autem ea rere hoc morbo esse, quae iacente semen vitro, ipsa nullum iaciunt: quo fit ut ne concipiant quidem.

CAPVT IIII.

Alia quoque matricis impedimenta sunt: Inter quae contulsio magnopere laedit. Item ignei calores, quos Graeci *φλεγμωσις* vocant. Quoties descenditur matrix: aut quoties in locum confluerit de repente magna humoris copia: atque aperitur os: Tunc enim ex distentione conuellitur matrix. Possimus autem cognoscere non conuelli matricem, cum illam obseruamus nullo igneo calore incendi. Id quod ex vificatis eius functionibus patet. Etenim ex conuulsione aliquando incendio illa sequi potest. Item tubera matricis si occupauerint, atque ipsum vicerum frequentia vitiosum sit, impedimento erit ad concipiendum. Intelligimus autem vacuam esse ab his impedimentis matricem, si prope aperta sit, & conuenit, postquam menstrua sunt soluta, siue cum copiam sui fecit viro. Sunt autem nonnullae feminae, quibus a principio sui ortus matricis ore modo quodam coaluere. Aliis propter caliditatem morbi vim ita euenit. Qui morbus in nonnullis sanè medicabilis est: in aliis non item. Deprehendes autem hoc incommodum ex his notis facillè:



Hoc enim in ædificiis etiam potius euenit. Quod n. forma ædium talis est, aut quoddam tale sunt ad ea, idcirco fieri ædes hunc potius in modum censemus: generatio enim, substantiæ gratia est, non substantia, generationis gratia. Quam ob rem Empedocles pleraque in animalibus proprietæ ita contineri, quia ita, cum orientur, acciderit, malè ait: vt & spinam haberi talem, quod per contortionem diffrangi frangi- que accidit: nescius & quam semen gentiale, quod consisteret, vim talem habere oportet, & quam res, quæ effecerat, prior esset non modo ratione, verum etiam tempore. Gignit etenim homo hominem. Itaque ortus talis euenit specie, quoniam talis, qui gignit, est. Quinetiam de iis, quæ sponte fieri videntur, pariter atque de ædificiis animalueretæ licet. Nonnulla enim vel sponte, eadem, quæ arte, fieri possunt, vt sanitas. His igitur causa efficiens similis antecedat necesse est: vt art. condendarum statuarum prior status est, quando sponte fieri nequeunt. Artem autem, operis rationem esse omni abin- diam materia, certum est. Fortuitis quoque ratio similis est: vt enim ars se habet, ita existunt. Quam ob rem censendum ita potissimum, vt ob eam rem membris di- uo homo constet, quia hoc homini esse est. Non enim fieri potest, vt sine his membris homo sit: sin minus, proximum tamen al- liud quicquam opinandum, & vel omni- no fieri aliter non posse, vel bene ita fieri tantum posse statuendum. Cum itaque ta- lis res sit, generationem in hunc modum, talemque euenire necesse est. Quapropter membra non sine ordine orientur: sed pri- mùm hoc, deinde illud, atq. in hunc modum omnia, quæ natura consistunt, disponun- tur. Veteres igitur illi, & primi naturæ in- terpretes, materiale principium atq. eius- modi causam, quæ illam, qualisque esset, in- digarunt: & quoniam pacto hinc tota ori- entur, & quo momento, vt discordia, & concordia, aut mentè, aut casu, temerita- teque spontina, docuerunt: cum subiecta materia talem quandam præ se ferre na- turam videretur, vt seruidam ignis, gel- lidam terræ, & alter leuem, altera gra- uem: sic enim Mundum etiam generatur. Hæc eadem de ortu plantarum, & anima- lium quoque referunt. Venirem enim, al- uum, omnique cibi & excrementi conce- pticulum, hæc consistisse, cum in corpore humor liberetur, & euectus, nates ex rupto paruisse, cum spiritus, siue status i. d. fmearet,

A...
 B...
 C...
 D...
 E...
 F...

atque dispelleret. At verd aer, & aqua non nisi corporum materia est. Naturam enim omnes ex iis corporibus componunt, at- que constituunt. Quod si homo, ceterisque animalia, membrisque eorum Natura con- sistent, dicendum profectò de carne, de se- se, de sanguine, denique de omnibus tam simili, quam dissimili situe compactis: vt de facie, de manu, de pede, quæ quodque eorum tale sit, & qua ita consistat faculta- te, siue virtute: non enim satis est, eatenus tantum nosse, quibus ex rebus compo- situm sit, vt igne, terræ, sed perinde age- dum, vt si de lecto, aut de quolibet alio ge- neris eiusdem agecturæ formam enim po- tius, quam materiam eius declarare tenta- remus, vt res, aut lignum: vel si id miuuta totius quidem ipsius speciem non omitte- remus: lectus enim hoc in hoc est, aut hoc tale est. Quo circa vel ipsam figuram ex- planari, qualisque forma sit, indicari con- greuit: quippe cum formæ natura potior sit, quam materia. Igitur si animalium, mem- brorumque vnumquodque figura colo- reque est, rectè Democritus differit, qui ex- lis ipsa putasse animalia constare vidi- tur: quippe qui perspicuum esse dicat, qua- lis forma sit homo, quasi sua ipse homo fi- gura, colorque pateat. Atqui mortuus ho- mo quanquam figuræ formam habet ean- dem, tamen homo non est. Ad hæc, fieri non potest, vt manus sit quocunque modo constans, vt ænea, aut lignea, nisi equiuo- ca nominis communioni: sicut quæ picta est, vt pote quæ suo fungi officio nequeat. Quomodo nec lapides tibi suum affe- qui munus possunt: neque medicos pictus attem medicinalem exercere potest. pari ratione membrorum quoque hominis vi- ta functi, nullum id esse insuper potest, quod erat, cum viueret: vt oculus, manus, pes, reliqua. Ergo simplici admodum & pingui Mineruæ dictum hoc est, ac peria- de quasi faber de ligna manu loqueretur. Sic enim Naturæ illi exploratores or- tus, & causas referunt figuratum: à qui- bus enim facultatibus condita fuerint, exponunt. Itaque fiber securim fortasse, aut terebrum dicitur, illi terram, & acrem: sed melius faber, vt qui parum sufficere arbitretur, si vsque eò dicat, quod instru- mento incidente, partem caus, partem pla- na extiterunt: sed adhiælat, quoniam ta- lem adegerit idum: & causam, cur ita ex- ponat, videlicet, vt talem aut talem for- mam opus acciperet. Constat igitur non esse illud differuisse, atque animal tale esse dicere oportere, & quid, qualè-

A...
 B...
 C...
 D...
 E...
 F...



que nihil fecerit de Natura docere, qui hoc non dicunt existimare. Principium enim eorum Natura potius, quam materia est. Empedocles etiam in eam interdum incidit, ductus ab ipsa veritate & substantiam, atque naturam esse rationem facti compellitur: veluti cum or quid sit, reddidit quippe qui non aliquid elementum vnum esse id velle, non duo, aut tria: non omnia, sed missionis elementorum rationem. Igitur de carnem, & ceteras eiusmodi partes hunc eundem in modum esse, appetitum est. Causa vero quam ob rem antiquiores illi auctores non ad hunc venerint modum, quod quid res esse, aut substantie definitione ipsam explicare itaque quaquam solebant. Sed De noctis hanc tenuit primus, non tamen quod ad eorum naturalium studium putaretur necessarium, sed quod ab ipsa se traheret. Socrates vero temporibus usus quidem definiendi incruent, sed indagatio rerum naturalium desitit a non omnes philosophandi studium ad vtilem virtutem, et utilemque vsum transfatum est. Licet quod modo dixi, ita demonstrare. Data animalibus spiritus est huius gratia reitend eam propter has effici res, necesse est. Necessitas vero alias ita significat, ut si res cuius gratia funta sit, hec haberi necesse sit, alias ita, ut sic se habeat, apudque sua natura ita sint. Egredi enim calorem, turbis que ingredi, cum in re obuia offendatur, aeris que interlabi, necessarium est. Sed cum aer exterior refrigerando retorquet, ingressus aique exterior caloris interioris rei alienatus gratia agit. Hic modus tractandi est: hanc ad id genus doctrine via, & ratio attinet. Hec, & eiusmodi, sunt ea, quorum causas accepisse operacretium esse ducimus.

CAPVT II.

Sunt vero, qui genus in duas secando differentias accipiant singulare: quod quidem partim non facile, partim nullo pacto fieri potest. Non enim desunt, quorum vna tantum sit differentia, cetera autem supernacua sint. Verbi gratia, pedatum, bipes, fissipes, multissidum: hec enim vna potissima est: sin minus, sepius idem dici necesse erit. Adhuc, genus quoduis distrahi non debet, ut exempli gratia, aues alie in hoc, alie in illo diuisionis membro collocentur, quod adit illi diuisionem faciunt: quippe cum ita fiat, ut autum, alie cum equalibus constituantur, alie in alio ponatur genere. Sed vi nomen huic similitudini, auis, illi, piscis indim est: sic alie sunt, que nomine vacent,

Αἱ ποῖται οὐκ ἐπινοοῦν ἄλλο τι πρὸς τὸν λόγον, ὅτι οὐκ ἐπινοοῦν, ὅτι οὐκ ἐπινοοῦν, ὅτι οὐκ ἐπινοοῦν...

Κεφάλαιον γ.

Αριστοτελὸς δὲ τὸν λόγον τὸν αἰσθητικόν ἵσχυον ἐπινοοῦν, ὅτι οὐκ ἐπινοοῦν, ὅτι οὐκ ἐπινοοῦν, ὅτι οὐκ ἐπινοοῦν...

ut illa compos sanguinis, aut experta, utraque enim nomine vno carent. Quod si nihil ex his, quae generis societate iunguntur, distrahi debet, frustra illa seorsum in duas partes distinctio agitur: cum sciungi, ac distrahi, sit necesse, si ita diuidatur. Sunt enim ex multipedibus alia in terrestri, alia in aquatili genere.

CAPVT III.

Privatione ite diuidere ita necesse est. Et quidem id faciunt qui seorsum in duo secant. At priuationis, qua priuatio est, nulla est differentia: non enim fieri potest, ut species eius sit, quod non est, velut impedat, aut impennati, sicut pennati & pedati. Differentia autem vniuersalis, species habeat necesse est: nam nisi habeat, cur vniuersalibus potius adnumerari quam singularibus debeat? Sed quinquam sunt differentiae, quae vniuersales sint, & species habeant, ut pennatus, cum pennarum alia fissa, alia continua sit: pedatus etiam partim multissidus est, partim bisidus, quod in bisulcis animalibus patet: partim continuus nulla fissura diductus, qualis eorum est, quae solidam habent vngulam tamen difficile est, vel in eiusmodi differentias, quarum species sunt, dispartire, ut quoduis animal contineatur in his ipsis, nec idem in plures veniat, ut pennatum, & impennatum: ambo enim haec in eadem specie possunt contineri, ut formica ut, nireduia, sine cicindela, & alia quaedam utrunque recipiunt: omnium vero difficillimum, imò impossibile est, ut sit ea, quae sanguine carent, ita diuidamus. Differentiam vnam quaque in aliquo singulari inesse, & proinde oppositam necesse est. Quod si fieri non potest, ut illa, quae specie inter se differunt species aliqua substantiae indiuidua, vnusque insit, sed differentia intercedere necesse est, ut auis ab homine differat. Bipedis, n. ratio alia, diuersaque est. Vel si sanguine constant, sanguis differat ipse, nisi pro nulla essentiae parte debeat haberi. Sed si hoc ita est, differentia vna duobus inest. Quod si ita sensuetur, apertum iam est impossibile esse, ut priuatio sit differentia. Quae etiam totidem differentiae erunt, quot animalia indiuidua siquidem & ea ipsa indiuidua sunt, & differentiae indiuiduae: neque vlla differentia communis est. Quod si ita fieri potest, ut non communis, sed indiuidua sit, constat priuatione necesse est, ut si propriae sint differentiae, in quas omnia indiuidua communis sit, sin minus, quae diuersa sunt, venient in eandem.

Αἱ ποῖται οὐκ ἐπινοοῦν ἄλλο τι πρὸς τὸν λόγον, ὅτι οὐκ ἐπινοοῦν, ὅτι οὐκ ἐπινοοῦν, ὅτι οὐκ ἐπινοοῦν...



cum neque indiuiduum idem, diuersas per distinctionem adire debeat differentias, neque diuersa eandem, atque omnia in iis ipsis oporteat contineri. Species igitur indiuiduas colligi ita non posse, ut diuidantur qui animalia, aut quoduis aliud genus fecerunt in duo secant, apertum iam est: sic enim authoribus illis, ut vltima differentia totidem esse, quot animalia omnia indiuidua necesse sit. Cum enim genus aliquod sit, cuius differentia primæ album & nigrum habeantur, atque eorum utrorumque alix sint, itidemque vltimus vsque ad indiuidua, efficitur profectò, ut vltimæ, aut quatuor, aut aliquo numero eliciantur, videlicet qui ab vno multiplicari possit. Totidem autem species quoque erunt, cum differentia species sit in materia: neque enim sine materia pars vlla esse potest animalis, neque sola materia: non enim quoquo modo habens quid corpus animal est, nec partium vlla, ut sapienter dictum est. Adhuc, diuidendum his rebus est, quæ sint in substantia sunt, non in his, quæ accidunt: ut si quis ita figuræ diuidat, ut alix angulos partes duobus rebus, alix partes pluribus habeant, accidit enim triangule figuræ, ut partes duobus rebus angulos habeat. Oppositis item diuidendum est: distant enim inter se opposita omnia, ut albedo, & nigredo: ut rectitudo, & curuitas. Quod si altera diuersa sunt, diuidendum per opposita est, & non ita, ut alterum ratione, alterum colore distinguatur. Animata etiam communibus corporis & anime muneribus diuidenda sunt: quod in his etiam, quæ modò diximus, patet: alia enim gressilia sunt, alia volatilia, sunt enim nonnulla genera, quibus datum utrunque est, ut partim volucres, partim inuolucres sint, velut formicarum genus: atque etiam syluestris, vrbaniq. ratione ita diuidetur quod error est. Fie enim, ut quæ species sunt eadem, hæc distinguere videamus, cum omnia, quæ vrbana sunt, eadè syluestria quoq. reperiatur, ut homines, equi, boues, canes in terra Indica, sues, capre, oues: quæ si æquiuoca sunt, nõ fecerunt distincta sunt: sed si eadem specie, vnumque sunt, ita fieri nõ potest, ut syluestre, atq. vrbani pro differentis recte capiatur. Omnino quocumq. differentia diuidis vna tantum diuisione, id accidere necesse est. Quapropter generatim sumere animalia retardum est, ut à vulgo iam authore distinctum est genus auis, piscis, cæterorum, quæ singula multis differentis describuntur: (nec bipartita illa sectione agendum est.)

Sic enim aut omnino fieri non potest, ut institutum assequamur, cum idem in plures cadat diuisiones, & contraria veniant in eandem: aut vna tantum proueniat differentia, quæ vel simplex, vel per completionem speciem vltimam referat. Sed si non differentia differentiam accipis, diuisionem effici continuam perinde, ut orationem coniunctione vnam, necesse est: verbi causa, occurrat iis, qui ita diuidere consueverunt, aliud pennatum aliud impennatum: pennati aliud vrbani, aliud syluestre: aut aliud album, aliud nigrum: non enim differentia pennati vrbani, albumve est, sed hoc principium est alterius differentia, impennato autem per accidens est. Quam ob rem pluribus diuidendum protinus differentia est quod vnum est, ut nos censemus: sic enim priuationes differentiam facient, quam in bipartita sectione facere nequeant. Apertum vel inde est, fieri non posse, ut ex singularibus speciebus quicquam accipiamus, bipartita generis sectione, ut quidam fieri posse putarunt. Impossibile est enim vnam differentiam esse eorum, quæ ut singula diuisionem recipiant, sine simplicia, sine complexa accipiantur. Simplicia dico, si non habeant differentiam, qualis fissipeditio est: complexa autem, si habeant, ut quadrifidum ad fissipes est: id enim illa sibi vult continuatio differentiarum, quæ de genere per diuisionem deducitur, perinde quasi quid vñ omnis hæc series referat: quoniam vocabulo euenit, ut vltima tantum differentia esse videatur, velue multitudine, aut bipedi pedatum autem, & multipes superuacua sint. At verò plures huiusmodi differentias haberi non posse constat eo argumento, quod cum pergis subinde, deuenies quidem ad vltimam differentiam, sed non ad summam, & speciem: quæ quidem differentia, vel fissipes tantum est, vel omnis complexio, verbi gratia, si hominem diuidens pedatum, bipedi, fissipes componis. At si homo bipedi tantummodo esset, hæc differentia vna sufficeret. Sed quoniam hæc vna non est, multas esse non sub vna diuisione necesse est. Atqui fieri non potest, ut per bipartitam illam diuisionem: aliquid singulare animal accipiamus.

CAPVT IIII.

Ed queret quispiam, cur principio homines non complectendo appellatint
Aaaa ij

Nomine vno generis, quod bellias tum a-
quasiles, tum volucres continere: sunt enim nonnulli affectus, tum his, tum cretis animalibus omnibus communes. Veturiamen recte ad hunc modum definitum distinctumque est: genera enim quarumque excellit inter se differant, & plus, minusve recipiant, hæc vni subiecta sunt generi: quæ autem proportionem recipiant, hæc seorsum posita sunt. Verbi gratia: Anis differt ab aue, aut eo quod magis habeat quicquam, aut superantæ ratione: aues enim alix penna sunt longiores, alix breviores. Pisces verò proportionem ab anibus differunt: quod enim pennis in anibus est, hoc idem squama in piscibus habetur. Verum id facere in omnibus non facile est: magna enim pars animalium eadem affecta est: proportione. Sed cum vltima species substantiæ sint, quæ quidem species nullo species discrimine differant, vt Socrates. Coriscus: efficiunt profecto, vt vel vniuersalia explicari prius, vel idem sæpius dicere necesse sit, vt dictum iam est. Vniuersalia verò communia sunt: quæ enim in pluribus infont, hæc vniuersalia appellamus. Sed quaestio existit, vtra tandem tractari debeant: quis enim substantia est id, quod specie indiuiduum est: potissimum diximus fore, si quis de singulis indiuiduis specie seorsum considerare potuerit: atque vt de homine, ita de anibus esse agendum. Habet enim hoc genus species: sed non de iis, verum de singulis indiuiduis anibus, vt de passere, de gruæ, de reliquis huiusmodi. Sed si ita eueniet, vt sæpe de eodem dicatur affectus (quonia comunibus pluribus sit) efficietur sane, vt seorsum referere de singulis, & sub absurdum sit, & prolixum. Cæterum scitè fortasse agetur, si quæ ad genera attinent, ea communi negotio explicemus: videlicet quæ rectè ab hominibus definita dicuntur, quæque naturam sortiuntur communem, & species non longè inter se differant completuntur, vt auis vt piscis, & si quid aliud sit, nomine quidem vacans: sed genere pari modo species continens. Quæ autem non eiusmodi sunt, hæc singillatim doceamus: vt de homine, & si quid aliud tale habeatur. Genera autem si quam similitudinem præ se ferant, figuris ferè partium, totiusque corpora describuntur: quale genus auium, aut piscium est. Mollia etiam, atque obresca, figurarum affinitate sua generæ describunt: partes enim eorum non proportionis similitudine discernunt, quomodo os hominis, & spina picis,

Αφ' ουκ εστιν εν εναυτη εννοιαν αδικοτητα, οτι ουκ εστιν εν εναυτη εννοιαν ομοιοτητα, οτι ουκ εστιν εν εναυτη εννοιαν αλληλικοτητα, οτι ουκ εστιν εν εναυτη εννοιαν ομοιοτητα, οτι ουκ εστιν εν εναυτη εννοιαν αλληλικοτητα, οτι ουκ εστιν εν εναυτη εννοιαν ομοιοτητα, οτι ουκ εστιν εν εναυτη εννοιαν αλληλικοτητα...

sed potius affecti omnibus corporis, id est magnitudine, paruitate, mollitie, duritate, lenitate, asperitate, & reliquis generis eiusdem: atque omnino eo quod magis, minusve quicquam habeant. Sed quemadmodum ratio tractanda Naturæ probari debeat, vique de iis rebus via apta facillimeque contemplari, docerèque possumus, atque etiam de diuisione, quem in modum fieri possit, vt commodè species sumatur, & quare bipartita sectio partium fieri nequeat, partium frustra fiat, dictum iam est. Quæ cum iam præfinita, explicari que sint, de iis, quæ deinceps sequuntur, agamus, indeque ordiamur.

CAPVT V.

Το εναυτο εννοει οτι ουκ εστιν εννοιαν ομοιοτητα, οτι ουκ εστιν εννοιαν αλληλικοτητα, οτι ουκ εστιν εννοιαν ομοιοτητα, οτι ουκ εστιν εννοιαν αλληλικοτητα...

Substantiæ, quæ Natura constant, partium ingenitæ, immortalisque seculis omnibus sunt: partim ortus participet, atque interitus intelliguntur. Sed partem illam æternam, & proinde nobilem, ac diuinam, minus contemplari propterea possumus, quod admodum pauca illius modo sensus patent, quorum beneficio tum de ea ipsa parte diuina, tum de iis, que nos se cupimus, facultas nobis cogitandi, indagandi, suppedietur. Res mortales, atque caducas, vt stirpes, vt animantes, quod eas facilius, familiarisque habemus, nosse vberius possumus: quippe cum multa in eis quæque in genere percipere possit, quicunque non laborem recusat plenior: vtrunque tamen studium nos delectat. Res namque illas superiores, tamen leuiter attingere possumus, tamen ob eius cogitandi generis excellentiam amplius oblectamur, quam cum hæc nobis inuenta omnia tenemus: quemadmodum quamlibet partem, minimamque corporis nostrarum puellæ deliciarum vidisse gratius, ac iucundius est, quam cæterorum hominum membra tota perspexisse, & contrectasse. At hæc inferiora, quæ & plura sunt, & cognosci plenius possunt: tunc circa prestantiam sibi scientiæ vendicant. Quæ etiam quod & nobis propiora, & Naturæ familiariora sunt, hinc aliquid cum certum diuinarum studio rependunt, atque compensant. Sed cum iam satis de illis egerimus, nostramque explicarimus sententiā, restat vt de animante Natura differamus, nihil pro vitibus omittentes, vel vilius, vel nobilium. Nā & in iis, quæ hoc in genere minus gratis nostro occurrunt sensui, Natura sique in genere philosophantur. Absurdum enim, nullam rationem probandum est, si in iis quibus quidem rerum naturalium, non sine delectatione propterea inspectamus,



quod ingenium non contemplantur, quod illas condiderit, id est, artem pingendi, aut fingendi. Rerum autem ipsarum Naturæ ingenio, miræque solertia constitutarum contemplationem non magis persequamur, atque excoleamus, modo easus per spicere valeamus. Quamobrem viliorum animalium disputationem, per pensionem que fastidio puerili quodam spreuisse, molestæque tulido, dignum nequaquam est, cum nulla res sit Naturæ, in qua non mirandum aliquid inditum habeatur. Et quod Heraclitum dixisse ferunt ad eos, qui cum alloqui eum vellent, quod forte in casa fumaria quadam caloris gratia sedentem vidissent, accedere temperarunt: ingredi enim eos sidenter iussit, quoniam inquit, ne huic quidem loco dii desunt immortales. Hoc idem in indaganda quoque natura animalium faciedum est. Aggredi enim quæque sine villo pudore debemus, cum in omnibus Naturæ numen, & honestum, pulchrumque insit ingenium. Quippe cum naturæ operibus iunctam illud præcipue sit, ubi nihil temere, vicæque fortuita committatur, sed alicuius gratia omnia aguntur. Finit autem, cuius gratia nequam vel constat, vel conditum est, boni, honestique obtinet rationem. At verò si quis cæterorum animalium contemplantionem ignobilem, ablectamque putat, iam hinc de se quoque idem arbitrari debet. Non enim fieri potest, ut ea sine magna abominatione inspiciamus, ex quibus corpus constat humanum, ut sanguinem, carnem, ossa, venas, reliqua generis eiusdem. Omnino ita censendum, ut qui de quavis corporis parte, aut de vase aliquo disputat, non de materia, aut eius materia gratia doceat, sed formæ totius rationem, & eam de artibus agunt, non de laetibus, non de luto, non de lignis: sed de forma ipsarum ædium docemus. Pari ratione qui de Natura agit, de compositione, & quæque substantia tractet, non de his, que nunquam euenit ut substantia separentur. Sed primum ea distinguat singulis in generibus necesse est, que per se animalibus accidunt omnibus: post verò causas persequi eorum comandum est. Quod igitur ante diximus, multa in multis animalibus insont communia, partim simpliciter ratione, ut pedes, pennæ, quæque, atque etiam affectus similiter: partim proportionem. Proportione, inquam, quod aliis pulmo datus est, aliis pulmo quidem negamus, sed vice pulmonis iunctum aliquid est, quod pulmonem respondeat. Aliis nem sanguis inest, aliis sanguinis proportionale, quod eandem in genere

in genere exanguis obtinet vim, quam sanguis in corpore illo sanguinis habet. Verum si seorsim de singulis disputetur, eueniet quod dictum iam est, ut sæpe eadem iterentur, dum de omnibus, que adiuncta sunt, agitur: quippe cum eadem complatibus iunctæ habeantur. Hæc ita placet præfinitæ, & statui. Cum autem instrumentum omne rei alicuius gratia sit, & partes corporis quasque gratia esse alicuius videamus: id autem ipsam esse alicuius gratia, non nisi pro aliqua actione sit, patet iam totum etiam corpus constare alicuius gratia actionis plenioris. Non enim sectio, ferre gratia facta est, sed ferre sectionis gratia, cum sectio quædam vsui sit. Quapropter corpus etiam totum animæ gratia conditum est, & membra officiorum gratia constant, & numerum, ad que singula accommodantur. Primum igitur actiones: tot omnium communes, tum eas, que suæ singulis generibus, speciebusque habeantur, exponi oportebit. Communes dico, que adiunctæ omnibus sunt animalibus: suas autem, propriasque appello, quarum differentias per excessum siue superantiam comparando accipimus. Verbi gratia: Auem pro genere pono, hominem pro specie, & quodeunque ratione illa vniver tali, nullam differentiam recipit. Nam alia proportionem, alia genere, alia specie rationem complent communitatis. Quorum itaque actiones rerum allarum gratia dispensate sunt, hæc etiam, quorum sunt actiones modo eodem inter se differunt, quo actiones. Item si que priores sint actiones & pro sine aliarum capiuntur, quo modo ipsa se habent, eodem membra etiam habent, quorum illæ sunt actiones. Ad tertium: que cum sint, aliquid inesse necesse est. Affectus, & actiones intelligi volo, ortum, incrementum, coitum, venereum, vigiliam, somnum, incessum, & quæcunque huiusmodi alia possunt generi animalium tribui: membra appello, nasum, oculum, atque etiam totam faciem que partes quoque vocamus. Pari modo de cæteris item intelligendum est, sed de modo vique tractandi hæcenus: causas nunc explicare, tum communium, tum propriorum conemur, exorsit a primis, sicut statuitur.



III4 ARISTOTELIS ARISTOTEΛΟΥ

DE PARTIBVS ANI- malium & eorum causis.

LIBER SECUNDVS. CAPVT I.

Quibusnam, & quot numero membris singula animalia constarent, libris historiarum, qui de his scripti à nobis sunt, plerumque explicamus: nunc quas ob causas quæque ad hunc modum ita se habent, consideremus, videlicet ita ut omnis ratio sejunctâ ab his, quæ per historias, exposuimus, tractetur. Cum itaque triplex sit compositio, prima scilicet potest ea, quæ ex primoribus consistit, ita, quæ nonnulli elementa appellant, terram dico, aquam, aerem, ignem; sed melius fortasse dici potest, ex virtutibus fieri elementorum, illique non omnibus, sed ut autè expostum est humiditas enim, & siccitas, & caliditas, & frigiditas, materia corporum sunt compositorum. Ceteræ autem differentie eas sequuntur, gravitas, leuitas, densitas, raritas, asperitas, leuitas, & reliquæ id genus affectiones, secunda constitutio ex primis illis natura similitudinum partium in animalibus est, ut ossa, ut carnia, & reliquorum generis eiusdem. Tertia, & vltima numerus, partium dissimilium est, ut facies, manus, & reliquorum eiusmodi membrorum. Sed cum contrâ in generatione, atque in essentia agatur, quæ enim posteriora sunt generationi, hæc natura priora sunt: & quod primum natura est, id vltimum est generatione, non enim a deo, laterum, aut lapidâ gratia sunt, sed hæc ædium gratia peiuntur, quod idem de quavis alia materia intelligimus. Nec inductione tantum id patet, verum etiam ratione: Omne enim, quod gignitur ex aliquo, & ad aliquid suam generationem deducit, & à principio ad principium pergit, hoc est, ab eo, quod primum mouet, & naturâ iam aliquam obtinet, ad formam aliquam, aut talè quempia finem, homo enim hominem gignit, & sterps stirpem, ex materia, quæ subiecta singulis est. Cum igitur generatio, & essentia ita se habeant, tempore materiam, generationemque esse priorem necesse est: ratione verò essentiam rei cuiusque, & formam. Patet hoc definitione generationis: quippe cum adificationis definitio contineat ædium definitionem, ædium definitio non cõtineat adificationis definitionem:

Καὶ ὁμοίως αὐτῶν τῶν ζῴων ἡ φύσις ἔστιν ἡ ἀκίνητος ἡ ἀκίνητος ἡ ἀκίνητος... ΚΑΙ ὁμοίως αὐτῶν τῶν ζῴων ἡ φύσις ἔστιν ἡ ἀκίνητος ἡ ἀκίνητος ἡ ἀκίνητος... ΚΑΙ ὁμοίως αὐτῶν τῶν ζῴων ἡ φύσις ἔστιν ἡ ἀκίνητος ἡ ἀκίνητος ἡ ἀκίνητος...

DE PART. ANIM. LIB. II. III5

idemque in ceteris euenit. Quam ob rem elementorum materiam esse similitarium partium gratia necesse est. Sunt enim hæc posteriores illis generatione: his autem ipsis dissimilares sunt posteriores. Iam enim finem hæc tenent, ac terminum, terminatio constitutionem adeptæ numero, scilicet ut perfecti generationem in multis natura fert. Constant igitur animalia ex utroque membrorum hoc genere. Verum similitaris dissimilium gratia habentur illorum enim officia sunt, & actiones, ut oculi, ut narium, & faciei totius: item digiti, manus, & brachij totius. Sed cum actiones, motionesque multiformes, tum animalibus totis, tum etiam membris eiusmodi tribuantur: diuersa virtutibus esse ea, ex quibus constant, necesse est: ad alia enim molles, ad alia durities commodior est: & alia intendi, alia fieri debent. Itaque partes similes obtinent sibi vires eiusmodi singillatim accommodatas: alia enim mollis, alia dura, & alia humida, alia secca, & alia lenta, alia rigida. At verò dissimilares plures, & compositas vires continent: vis enim alia ad prendendum, alia ad mittendum commoda manu est. Quam ob rem partes organice, quas officiales, & instrumentarias licet appellare, ex ossibus, neruis, carne, ceterisque eiusmodi constant, nõ illa ex his. Causa, cuius gratia, cur hæc ita se habent, hæc est, sed cum præterea queratur, quam ob causam hæc ita se habere necesse sit, ratio manifesta est, quod iam præfuit, ut ita se inuicem ex necessitate haberent dissimilares, non constare ex similibus possunt: tum pluribus, tum etiam singulis, ut viscera nonnulla. Constant, non ferè omnia moleiformi figura, quæ ex corpore similitari condita habentur. Ac fieri non potest, ut similes ex dissimilariibus conficiantur: sic enim pars similitaris multæ essent dissimilares. His de causis membra animalium, alia sicut simplicia, similitarique constant alia composita, & dissimilata sunt. Cum autè partes aliarum instrumentarum, aliarum sensoriarum sint, instrumentariorumque omnes, ut dictum iam est, dissimilares sunt: sensoria autem omnibus contingit per similes, scilicet præterea, quod quilibet sensus vnus generis certus est, singularis, sensoriarum partes singulorum sensibilibus generum capaces habentur. Afficitur etiam, quod potentia est, ab eo, quod actu est,



& dextra pars cum sinistra eiusdem corporis. Pari modo ceteris quoque tam eiusmodi partibus, quam dissimilibus, ita tuere differentiam debemus, partim ad officia & essentiam cuiusvis animalis, partim ad melius, deteriorive. Exempli gratia, inter ea, quae oculos habent, alia duris oculis sunt, alia humidis: & alia carere palpebris, alia habent, ut visus sit exquisitior. Sanguinem verò habent, aut quod eandem, quod sanguis, naturam obtineat, quam necesse sit, atque etiam quoniam sanguinis sit natura, explicandum suis iam caulis est, si prout calidi, frigidique rationem distinguimus, natura enim rerum multarum ad ea ipsa principia refertur. Complures quoque ambigunt, quoniam animalia, membraive, calida, aut frigida sint. Et enim nonnullis aquanila terrestribus esse calidiora placet, arguendo, quod naturae frigiditas calore naturae eorum compensatur. Sanguine etiam destituta, his, quae sanguinem obtinent, esse calidiora: & feminas amplius, quam viros calere arbitrantur. Parmenides enim, mulieres esse viros calidiores, auctor est: quod idem quibusdam etiam alibi placuit, arguendo copiam sanguinis, qua mentibus fiant. Empedocles contra opinatur. Sanguinem etiam, & bilem alij inter calida enumerant, alij inter frigida. Quod si calidum, atque frigidum tantam recipiant ambiguitatem, & controuersiam, quid de ceteris arbitrari debeamus? Hec enim omnium, quae sensum patiuntur, apertissima sunt. Sed questio haec orta in de videtur, quod calidum multatiam dicitur, quisque enim, quauis contraria dicat, tamen aliquid dicere videtur. Quam ob rem nosse oportet, quem admodum rerum naturalium constitutarum partim calida, partim frigida, & alia sicca, alia humida dici debeant. Nam vitae quoque, & mortis causa haec habere, atque etiam somni, & vigiliae, iuuentutis, & senectutis, & morbi, & sanitatis non asperitatem, aut lenitatem, non grauitatem, aut leuitatem, nihil ferè tale apertum esse videtur, & rectè quidem. Sunt enim haec, ut alio loco exposuimus, iuxta elementorum naturalium: calidum dico, frigidum, siccum, humidum. Verum igitur simplici ratione, ut multiplex calidum dicitur, sed quod in officium rei calidioris sit, aut si plura sint, quot numero sint de clarandum est. Primo igitur modo calidus dicitur, id, quod amplioem inuenit seu-

... in de ...

sum, cum tangitur, nec sine dolore: quod quidem fallere interdū videtur. Nam fieri potest, ut corporis habitus causam dolendi alterat, cum sentitur. Adhuc, calidius, quod rei liquabilis liquantius, & rei cremabilis cremantius est. Item si alterum plus alterum minus sit, idè, quod plus est, hoc altero, quod minus, calidius est. Præterea, quod de duobus non citò, sed lentè frigitur, id calidius est: & quod citius calefit, eo, quod lentius, natura esse calidiori censemus: perinde quasi alterum sit aduersum, ut remotius: alterum simile, ut propinquius. Alterum igitur altero calidius esse, citi non pluribus, tamen tot modis dicitur: qui modi omnes eidem inesse non possunt. Aqua enim feruens plenius calefacit, quam flamma: sed flamma urit, & liquat rem, ut aut liquari idonea: quod aqua efficere non potest. Item aqua feruens calidior est, quam ignis exiguus: acumen citius, magisque refrigerat, quam ignis, quauis exiguus: quippe qui frigidus nunquam fiat, cum aqua omnis refrigerari possit. Ad haec, aqua feruens calidior sentitur, sed celerius refrigerat, & congelascit, quam oleum. Sanguis præterea tactu calidior, quam aqua, aut oleum est, sed celerius gelscit. Lapis etiam, ferrum, & reliqua generis eiusdem, lentius quidem calefiunt, quam aqua, sed ubi calefacta fuerint, vixit vehementius possunt. Postremo ea, quae calida esse diximus, calorem aut externum continet, aut suum. Plurimum autem refert, hoc an illo modo calidum quicquam sit: alterum enim eorum propè est, ut calidum per accidens sit, non per se: perinde quasi, si febrienti muscum esse accidit, dixeris muscum esse calidiorum, quam eum, qui calidus sanus est. Sed cum aliud per se calidum, aliud per accidens sit, refrigerat quidem lentius, quod per se calidum est. Sed saepe fit, ut sensu vehementius calefaciat id, quod per accidens calidum est. Item amplius urit, quod per se calidum est, ut flamma, quam aqua feruens: sed tactu amplius calefacit aqua feruens, quae per accidens calida est. Itaque iudicium verumnam ex duobus calidius sit, non esse simplex, apertum esse quando fieri potest, ut haec alterum, illa alterum ratione calidius sit: nonnulla ex his ne dici quidem simpliciter calida, aut non calida possunt. Subiecto enim quod tandem sint, non calida sunt: sed per associationem calida sunt:

... in de ...



velut si ferro calido, aut aquae nomen impones: hoc enim modo sanguis calidus est. Et quidem patet, frigiditatem aliquam esse naturam, non privationem in illis, quorum subiectum calidum per affectionem, siue passionem est. Natura etiam ignis tale quid fortasse est, subiectum enim forsitan est, vel fumus, vel carbonum quorum alterum semper calidum est, quippe cum fumus non nisi exhalatio sit: carbonem autem extinctus frigidus est. Oleum, & teda effici frigida possunt. Adusta etiam ferè omnia aliquid habent caliditatis, ut calx, cinis, sedimenta animalium, & inter excrementa fel, eo quod feruore nimio exaruerint, relictumque sibi continent aliquid caliditatis. Teda, & quodvis pingue alio modo calidum est, videlicet quod celeserit in actu ignis mutari potest. Calor autem vim tum cogendi, tum liquandi habere videtur. Quae igitur aquae vnus fuit, ea frigore coguntur: quae terrae, igne calida etiam indurantur: frigore celerit, atque irresolubili concreta, quae terram potius praeseferunt: leuius autem, quae aquam. Sed de his planius alio loco definitum à nobis est, scilicet quanam concretere apta sint, & quibus causis stringantur. Calidum verò, & calidius, cum multifariam dicatur, non eodem modo rebus iungetur omnibus: sed addere debet, aliud per se esse calidum, aliud plerumque per accidens. Item aliud potentia, aliud actu, & aliud hoc modo, quod tactum amplius calefaciat, aliud, quod flammam excitet, atque igniat. Quod si calidum multiplici ratione dicatur, frigidum quoque pari ratione sequatur, necesse est. Atque de calido, frigido, excessuque eorum, ad hunc modum definiisse satis fit.

CAPVT III.

Sequitur ut de sicco, & humido, modo superiorum differamus. Nam ea quoque multifariam dici solent, ut alia sicca, aut humida potentia sint, alia actu. Genu enim, omniumque humorem concretem siccum dicimus actu, & per accidens, cum tamen potentia, & per se humidum sit, contra, terra, cinis, & reliqua generis eiusdem mista humidi, humida actu, & per accidens redduntur, quanquam per se, atque potentia sicca sunt. At vbi haec separata fuerint, quod aqua refertum est, id & actu, & potentia humidum est. Quae autem terrae propria sunt, haec omnia sicca sunt. Et quidem quod propriè, ac simpliciter siccum est,

περισσος, καὶ ἐπιβύθιος, ἢ ἐνέχυρος, ἢ ὑγρὸς, ἢ ἄλλοις τῶν ἑσπερῶν τὸ ὑγρὸν, ἢ τὸ ὑγρὸν τῶν ἑσπερῶν.

hac modo maxime intelligitur: altera etiam, humida dico, hac eadem ratione, qua calida, & frigida, propriè, absolutique nomen recipiant. His ita praesentis, apertum iam est, sanguinem quodam modo calidum esse, videlicet eo, quale est ei sanguini esse, perinde quasi aquam feruorem nomine vno significemus. At verò subiecto, & quod tandem eum sit sanguis est, non calidus est: & quodam modo per se calidus, quodam modo non per se calidus est. Caliditas enim in eius ratione inest: quemadmodum albedo in albi hominis ratione. At eo, qua sanguis per affectionem siue passionem est, non per se calidus est: pari modo de sicco, & humido statendum est: quapropter in eiusmodi rerum natura, partium calida, & humida sunt: sed separata congelascunt, & frigida esse videntur, qualis est sanguis: partium calida transhorat: sicut, ut bilis: sed separata ab eorum, in quibus habentur, natura, contra afficiuntur: quippe quae refrigerentur, atque humescunt: sanguis enim siccius redditur, bilis haui humidior. Magis autem, minusque participari opposita, velut rem in istam his statuere debemus. Explicatum iam est, quomodo modo sanguinis natura participet sic caliditatis, humiditatis, aut contrarium qualitatum. Sed cum omne, quod augetur, capiat alimentum necesse sit alimentum autem omnibus ex humido, & sicco suppediretur, quorum concoctio, & mutatio non nisi per calorem vim agitur, si ut tam animalia omnia, quam serpentes, etiam non alla de causa, tamè ob eam rem principium caloris naturale habeant, necesse sit, si quae ipsam partibus, siue pluribus accommodatum quemadmodum cibi consuetudine administrationes. Prima enim administratio periculis est, cum per os, partisque ore contentas perficiatur animalibus, quorum cibum seditionem desideres, sed haec nullius causa est concoctionis, sed facilitatem concoquendi potius praestat. Cibi enim illa inuolutum diuulso facit, ut calor facilius consuetudine expediat superior, & inferior venter, iam eum calore naturali suo concoquendi officio funguntur. Sed ut os animalis cibi in confectum meatus est, atque etiam pars ei annexa, quam guttam appellant, cibum quibus data est animalibus vsque ad ventriculum deducit sic alia quoque adesse periculis oportet, quod opera membra omnia corporis ex ventre, naturamque intestinorum, quae in praesenti pabulum

hac modo maxime intelligitur: altera etiam, humida dico, hac eadem ratione, qua calida, & frigida, propriè, absolutique nomen recipiant. His ita praesentis, apertum iam est, sanguinem quodam modo calidum esse, videlicet eo, quale est ei sanguini esse, perinde quasi aquam feruorem nomine vno significemus. At verò subiecto, & quod tandem eum sit sanguis est, non calidus est: & quodam modo per se calidus, quodam modo non per se calidus est. Caliditas enim in eius ratione inest: quemadmodum albedo in albi hominis ratione. At eo, qua sanguis per affectionem siue passionem est, non per se calidus est: pari modo de sicco, & humido statendum est: quapropter in eiusmodi rerum natura, partium calida, & humida sunt: sed separata congelascunt, & frigida esse videntur, qualis est sanguis: partium calida transhorat: sicut, ut bilis: sed separata ab eorum, in quibus habentur, natura, contra afficiuntur: quippe quae refrigerentur, atque humescunt: sanguis enim siccius redditur, bilis haui humidior. Magis autem, minusque participari opposita, velut rem in istam his statuere debemus. Explicatum iam est, quomodo modo sanguinis natura participet sic caliditatis, humiditatis, aut contrarium qualitatum. Sed cum omne, quod augetur, capiat alimentum necesse sit alimentum autem omnibus ex humido, & sicco suppediretur, quorum concoctio, & mutatio non nisi per calorem vim agitur, si ut tam animalia omnia, quam serpentes, etiam non alla de causa, tamè ob eam rem principium caloris naturale habeant, necesse sit, si quae ipsam partibus, siue pluribus accommodatum quemadmodum cibi consuetudine administrationes. Prima enim administratio periculis est, cum per os, partisque ore contentas perficiatur animalibus, quorum cibum seditionem desideres, sed haec nullius causa est concoctionis, sed facilitatem concoquendi potius praestat. Cibi enim illa inuolutum diuulso facit, ut calor facilius consuetudine expediat superior, & inferior venter, iam eum calore naturali suo concoquendi officio funguntur. Sed ut os animalis cibi in confectum meatus est, atque etiam pars ei annexa, quam guttam appellant, cibum quibus data est animalibus vsque ad ventriculum deducit sic alia quoque adesse periculis oportet, quod opera membra omnia corporis ex ventre, naturamque intestinorum, quae in praesenti pabulum



Cerebrum autem esse commune aquæ, & terra constare, ex eo quod ei accedit: cum enim coquitur, indurefcit, atq; siccefcit, vt humore exacto à calidie, terrena portio relinquatur, quemadmodum in leguminibus, reliquosiq; fructuum decoctione quid enim ex terra magna ex parte contant, hinc exacto humore, quem exiguum sibi admistum continent dura, terrenaq; admodum ea quog; relinquuntur. Homo inter omnia animalia plurimum cerebri habet, scilicet proportionc sui corporis: & inter homines, mares plus, quàm femine. Cordis enim, & pulmoniq; locum calidissimum, & sanguine ceterissimum homo habet: vnde animalium homo vnus ceteris est. Caloris enim natura inualefcens, incrementum de medio agit pro suo impetu, itaque contra multum caliditatis, multum humiditatis, frigiditatisq; opponitur. Quæ quidem copia fit, vt capitis os, quod caluariam nonnulli appellant, ferò admodum indureat, cum diu calor evaporatur: quod nulli ex ceteris animalibus sanguine prædatis evenit. Iuncturas etiam plurimas in capite homo habet, & mas plures, quàm femina, eadem de causa, vt locus spirantior fit: & amplius, in quo plus cerebri habetur. Nam si cerebrum vel humer, vel licet supra modum, suo fungi officio non potest, sed aut non refrigerabit, aut coagulabit. Itaque morhor, deliria, moror afferet. Calor enim cordis, atq; principium consententissimum est, sensuumque ceterissimè facit, cum sanguis cerebri, villo pacto mutatur, atq; afficitur. Sed de cognatis animalium humoribus omnibus dictum ferè est. Post geniti excrementa sunt etibi, id est, vesicæ sedimen, atq; alui: præterea genitura, & lac, scilicet in illis, quorum natura hæc obinet. Verùm cetera excrementa quibusdam animalibus iuncta sunt, & quas ob eandem rationem consideranda, differendiq; alimenti ratione explicetur. De semine autem genitali, & lacte tractandù est, cum de generatione alterum, non eorum principium generationis est, alterum generationis gratia habetur.

CAPVT VIII.

Nunc de ceteris similaribus partibus dicendam est, & primum de carne, in illis, quæ obinet carnem: in ceteris autem de eo, quod vice carnis proportionè respondeat. Hoc enim principium, & corpus per se animalium est: quod ratio-

A dicitur si dicitur b igne & aere... (greek text) ...
B...
C...
D...
E...

Π... (greek text) ...
K... (greek text) ...

... (greek text) ...
... (greek text) ...
... (greek text) ...
... (greek text) ...
... (greek text) ...
... (greek text) ...
... (greek text) ...

A tione etiam patet. Animal enim eo def-

B

C

D

E

F

... (greek text) ...



id est, olfaciendi, medium tenet: duo, id est, audiendi & videndi, maxime in capite positi sunt, propter sensoriorum naturam, visusque omnibus in capite est. Nam audiens, olfactusque piscium & reliquorum generis eiusdem, declarant quod piscimus. Audiunt enim atque olfaciunt, cum nullum sensorium eorum sensum in capite habeant manifestum. Visum autem omnibus, quibus est datus, apud cerebrium esse, optima ratio est: cerebrium enim humidum, ac frigidum est. Visus atque naturam obtinet: hæc enim omnium perlucidorum facillime confertur potest. Sensus etiam exquisitiores per partes, quæ sanguinem habeant sinceriores, absoluti necesse est. Sanguinis enim calidioris agitata officium sentiendi intercepti, atque refringit. His de causis sedes eorum sensuum mandatae sunt capiti. Nec verò pars prior tantum capitis carnea vacat, sed etiam posterior, quod omnibus capite præditis partem hanc erectam maxime consistare oportet: nihil enim erigi potest pressum onere. Id autem accideret animali, si caput carne obiectum haberet. Quo etiam patet, non ideo carnem desse capiti, ut cerebrium sentiat: pars enim posterior capitis cerebri caret, & tamen carnis experti nihilo minus est. Auditum etiam nonnulla animalia sicut in capite habent debita ratione. Quod enim inane vocatur, plenum aeris est. Sensorium autem audiendi aeris esse fatemur. Ut igitur ab oculis meatus ad venas circa cerebrium sparsas tendunt, sic ab auribus meatus in occiput penetrat. Vis autem sentiendi nec vili sanguini data est pars, neque sanguinis propria est, sed cuidam ex his, quæ sanguine præveniunt, delegata est. Quocirca pars nulla ex anguis eorum, quæ sanguinem habent, sentire potest, nec ipse sanguis sensu præditus est: quippe qui nulla pars sit animalium. Cerebrium verò partem priorē capitis continent omnia, quibus hoc datum est: quoniam id, quo sentiunt, in parte priorē corporis situm est: sensus enim provenit à corde, quod parti priorē commissum est. Sentire etiam partes tantummodo possunt, quæ sanguinem obtinent. Occiput autem venis vacuum est. Sedes autem sensorie probe ad hunc modum à natura dispositæ sunt. Aures orbem capitis æquis portionibus secant, tenentque medium. Auditum enim non modo per directum, verum etiam vndique. Visus parti priorē mandatus est: cœnitur enim per directum.

Aristotelis textus in lingua graeca, continens philosophicam tractationem de sensibus et partibus animae.

Aristotelis textus in lingua graeca, continens philosophicam tractationem de sensibus et partibus animae.

Motus etiam ante sit. Prospiciens dum autem est eodem, quo motus agitur. Nares inter oculos ratione optima collocatae sunt. Gemina enim sedes quæque sensoria est, propter duplicem corporis partem, scilicet dextram & sinistram: sed hoc in tacta incertum est, propter quod primum sensorium non caro, non pars eiusmodi aliqua est, sed aliquid intimum. Lingua est obscurius, quam oculi, tamen certius, quam tactus, geminam gustandi vestigium ostendit. Est enim hic etiam sensus quasi tactus quidam: at tamen res vel in eo satis constat. hinc enim lingua distingui, percipiunt est. At verò in ceteris sentiendi partibus sensum bipartitum esse latius patet. Aures enim geminae, & oculi gemini sunt. Vis etiam narium bipartita est, quæ si alite sita, distractaque esset, ut aures, suo fungo officio non posset, nec pars, in qua posita est, ex instituto administraret. Efficitur enim sensus olfaciendi per spirationem, in his, quæ obtinent nares: pars autem spirandi medium tenet, & ante posita est. Quapropter nares in medio trium sensuum natura constituit, quasi per lineam fabricile directas: ad respiracionis agitationem.

CAPVT XI.

Ceteris etiam animalibus hæc eadem sensuum domicilia bene pro sua cuiusque natura condita habentur. Quadrupes enim auriculas habent suspensas, & supra oculos sitas habere videntur: verum tamen non ita est, sed conspectum ementiuntur: quoniam bestia non erecto, sed prono sunt corpore. Cum igitur plurima ita incedant, iuvat ut & suspensiores sint auriculæ, & crebro moneantur. Sic enim melius vndique streptus circumactæ excipient.

CAPVT XII.

Ves meatus tantum auditorios habent. Quod enim cutis earum durior sit, nec pilis, sed pennis integantur, ideo materia caret ex qua auriculæ creentur. Quadrupes etiam ouipare, & corticate eodem modo se habent: eadem enim ratio vel illis conueniet. Quinetiam vitulus marinus inter ea, quæ animal pariter, non auriculas, sed cauernas tantum habet ad audire, ut pote qui mæca, & læsis sit quadrupes.

CAPVT XIII.

Genus hominum, auium, quadrupedum, tam viuiparum, quam ouiparum, oculos visus custodiendi gratia integunt, sed variè. Quæ enim animal patiunt, geminam habent palpebram, & conuenire vtraque solent: aues tam leuiorcs,



sta adiuuata est, ut equis ceterisque generis eiusdem iuba, ut leoni mari. Quinetiam caudas prolixiores pilis Natura ornauit alias longis, quibus tenor breuis, ut equis: alias breuibus, quibus tenor longus, ut bubus, atque etiam pro reliqui corpora naturae vbi que enim Natura quod adiuuante dempserit, reddere ad partem aliam solet, iam quibus corpus admodum pilosum considerat, eandem eis dimittit: quod in vestis perspicuum est. Homo animalium maximè omnium piloso capite est, cuius rei causa, tum ad necessitatem, tum ad praesidij rationem referenda est: necessarium enim propter cerebri humiditatem, & commissuras caluz. Nam vbi plurimum humoris, calorisque est, ibidè otum pilorum esse copiosum necesse est: adiumenti autem ratio, ut frequentia pili caput operiens defendat à nimio frigore, & calore. Cum enim cerebrum hominis proportionem maximum, & humidissimum sit, maximam etiam tutelam desiderat. Res namque humidissima quaeque, & reteruescere, & refrigerare maximè idonea est: quae autem contra se habet, hoc minus aflici potest. Sed nos, ut huc digrederemur, fecit rei cognatio, cum rationem ciliorū redderemus: itaque de reliquis mentionem suo loco, & tempore faciemus.

CAPVT XV.

Supercilia verò, & cilia adiumenti gratia habentur: supercilia enim, ut delabentes humores arceant, velut imbricamentum, siue grunda humoribus, qui capite emanant, partum: cilia, ut contra incidentia in oculos, quasi vallum quoddam promineant. Supercilia in compage ossium posita sunt: quomobrem compluribus senescentibus adeo crescant, ut tendendum sit. Cilia venularum clausulis summis innituntur. Nam vbi cutis finitur, ibidem venulae etiam desinunt: itaque propter vaporem, qui inde crassiusculus prodeat, pilos in locis enasci necesse est, nisi quid naturalis opificij ad alium vsum impediatur.

CAPVT XVI.

Enforium verò officij non longè quodam modo euariat: ceteris quadrupedibus vniuersis. Quibus enim maxilla oblongae extant in acutum, in nares in rictu appellato continentur, modo quo

Tunc in quibusdam aliis, quibus naves in rictu continentur, modo quo

A. *φλας ἔχει, κροδίτι, ἰακω, κρη, ἡ δὲ πάλαι...*
 B. *ἡ δὲ πάλαι...*
 C. *ἡ δὲ πάλαι...*
 D. *ἡ δὲ πάλαι...*

A. *ἡ δὲ πάλαι...*
 B. *ἡ δὲ πάλαι...*
 C. *ἡ δὲ πάλαι...*
 D. *ἡ δὲ πάλαι...*

Κροδίτι, ἰακω, κρη, ἡ δὲ πάλαι...

hieri potest: ceteris explanatus ad maxillas constant. At elephanti peculiarem hanc partem praeter ceteris sortitus est animalibus: nam & magnitudine, & vicibus habet peculiarem. Naris est enim, quae cibum tam siccum, quam humidum ille capiat, atque perinde, ac manu, admoueat. Arbores etiam eadem complectendo euellit: denique ea non alio vitur modo, nisi ut manu. Est enim hoc animal sua natura simul terreste, & palustre. Itaque cum cibum petere ex humore deberet, & tamen spicere necesse haberet, ut terreste, & composita sanguinis, nec posset praeter nimiam magnitudinem celsitudo discendere ex humore ad aerem, modo non pullos, quos & animal parium, & sanguinem habent, & spirant: Idcirco ut pariter humore, atque terra uti posset, necesse fuit. Quae igitur vrinatorum nonnulli instrumentum sibi accipiunt, quo quando in profundo manent, aerem extrinsecus trahant, talem Naturae elephanti dedit narrem illam praelongam. Quam ob rem si quando iter per aquam faciunt, nare emersa respirant. Nam ut modo dixi, promissis pro nare elephanti est: & cum fieri non possit, ut naris ad eiusmodi vsum accommodetur, nisi mollis sit, aptaque ad flectendum (impedimento enim praeter suam longitudinem esset, ad cibum capiendum) quomodo aiunt de cornibus bouum illorum, qui recessu patere solent sua natura. Nam illos quodam modo in terram capite nequeant, recedendo in aerebus passim solitos aiunt. Cum itaque naris eiusmodi adiuncta sit Naturae, quae membrum eidem abuti ad plura officia solet, eandem in vsum trahit pedum priorum: hos enim vice manuum habet genus quadrupedum digitarum, non solum ponderis causa sustinendi. Elephantes autem non bifidos, non solidos pedes habent, sed digitatos. Sed quoniam corporis magnitudo vastae, pondusque ingens est, ideo sustinent diuturno modo gratia pedes habent priores: nec ad vllum alium vsum vtilis, propter tarditatem flectendi, atque ineptiam. Narrem igitur elephanti habet ut spira, quo modo & cetera animalia, quibus palmo: eandemque praelongam, atque in anfractum flexibilem, propter motum in humore diuturnam, & retardum inde discessum. Cumque vltus pedum priorum defuerit, ea, ut dictum est,

A. *ἡ δὲ πάλαι...*
 B. *ἡ δὲ πάλαι...*
 C. *ἡ δὲ πάλαι...*
 D. *ἡ δὲ πάλαι...*

Κροδίτι, ἰακω, κρη, ἡ δὲ πάλαι...



parte abutitur Natura ad suppleendum mi-
nisterium, quod pedes prestarent. At a-
ues, & serpentes & quæcunque ex quadru-
pedibus sanguinis compotes equipare sunt,
foramina quidem narium ante os habent,
sed non ita explanata, ut nares appellari
possint, nisi spirandi officio. Jam autem
quis nasum, aut nares habere dicat Quod
propterea ita accidit, quia pro maxillis ha-
beat quod rostrum vocatur. Huius autem
rei causa est natura autum, que ad hunc
modum constat & bipes enim & quadrupes
est. Itaque lege pondus tum capitis, tum
etiam cervicem sustinere necesse est, ut
pectus etiam arcum habere debeat. Ros-
trum igitur osseum habent, ut commode
& cibum capiant, & ad pugnam armen-
tur. Arcum hoc est propter capitis exi-
guitatem: cumque meatus olfresendi suo
rostrum contineant, nares habere non pos-
sunt. De cæteris animalibus quæ non spi-
rant, dictum antea est, quam ob causam
nartibus careant: & alia branchis, alia fis-
sulis, alia pectinibus: ut insecta odores sen-
tiant, & omnia nativo spiritu sui corporis
quasi moventur, qui spiritus in omnibus
ex natura insitus est, non adventicius de-
foris accedit. Natibus laborum natura
subiacet, ita, quæ simul & dentes habent,
& sanguinem. Avibus enim, ut dictum est,
cibi etiam gratia rostrum osseum
habetur. Coactum enim pro dentibus, &
in idem perinde, quasi detrahis hominis
labris, superiores inferioresque dentes se-
orsum confundens, longitudinem utri-
que angustiam produxerit: iam enim istud
rostrum autum fuerit. Sed cæteris anima-
libus laborum natura ad salutem, tutel-
limque dentium adiuncta est. Quam ob
rem ut quæque exquilitate, beneque denti-
bus prædita sunt, sic eam quoque obtinet
partem homini autem mollia, carnosa, &
quæ separari possent, labra adiacenta sunt,
tum dentium tuendorum gratia, ut cæte-
ris, tum etiam potiori causa ut bene esse:
nam ad usum sermonis ea quoque profici-
unt. Item in lingua non similem, at-
que aliis animalibus, Natura homini ad-
didit, sed idoneam, quæ ad duplicem actio-
nem uteretur, (quod eam in multis face-
re diximus, nam & an percipiendos sapo-
res, & ad formandum sermonem) sic labra
tam sermonis, quam tutelæ dentium gratia
adhibuit. Sermo enim, qui voce pronatur,

αυτη γδ πτω γλωσση ουχ ημελει τις δολωι επωθησι α φωνη
ουθω, κωδωτηρ εστωτηρ ποιησι αυτω τω περτω αυω λω γωσση
ουθω λωσση εδ γλωσση, ουτω τε ετικη, κω εδ εδωτηρ ειλκωσση εδω γδ εδω
ουθω λωσση εδ γλωσση, ουτω τε ετικη, κω εδ εδωτηρ ειλκωσση εδω γδ εδω

ex licetis constat. Quod si lingua talis, &
labra humida, atque agilia non essent, ma-
xima literarum pars exprimi non posset:
quippe cum literæ partim lingua produ-
cantur, partim labris comprimantur. Sed
quæ, & quot numero differentias hęc ha-
beant, ex etuditis metrica ratione acci-
piendum est. Has autem partes illico ne-
cesse fuit accedere idoneas, & natura e-
inmodi præditas ad usum iam dictum,
Itaque carne instruitur sunt, eaque mollis-
sima, qualis caro hominis est, (scilicet quod
maximè omnium animalium valeat sen-
su tactus.

CAPVT XVII.

Inguia in ore palato subiacer: sed ter-
restribus ferè omnibus modo simili,
cæteris dissimili, tum eorundem ipsorum,
tū terrestriū cōparatione. Homo igitur lin-
guam absolutam, mollissimam, & latam præci-
puè habet, ut comoda ad utrumq; officium
sit: hoc est, & ad saporis percipiendos, &
ad literas exprimendas. Est enim homo
omnium maximè animalium sensu facilis.
Et lingua, quæ mollis est, vim tangendi
præcipuè obtinet: gustus autem, tactus quidam
est. Ad literarum etiã explanationem, & ad
sermonis expressionem, lingua mollis, lata,
& absoluta accommodatior est: quippe quæ
contrahere, producere, dilatare, denique
variè afformare maximè possit. Patet hoc
in iis, quibus non satis absoluta est: hi sunt
enim balbi, & corti sunt: quod vitiū lin-
guarū defectus est. Discrimen in latitudi-
ne & angustia est: quippe cum ampla an-
gustā contineat, angustā amplā nō capiat.
Parum, si in magno cōtinetur, magnum in
parvo haberi non potest. Quamobrem aues,
quæ literas proferte maxime possunt, lin-
gua sunt latiore, quàm cætera. Quadrupe-
des autem, quæ & sanguinem habent, & animal
pariunt, voce parum explanare possunt, ut
quæ lingua durā, crassā, & minimè ab-
solutam habeant: at plerūq; avium vocem
copiosè emittunt: & quantum latiore habent,
quæ vnguib; sunt ad unguis, tamen
minore vocaliores sunt. Ac omnes lingua
vivuntur etiã ad sui sensus mutū interpre-
tationem, sed aliæ aliis amplius, ut in non
nullis vel usus docedi mutus esse videtur.
Sed de iis diximus satis, cum historias
animalium scriberemus. Terrestrium au-
tem equiparum sanguineorum pars ma-
ior linguā habet inutilē ad vocis officium.

αυτη γδ πτω γλωσση ουχ ημελει τις δολωι επωθησι α φωνη
ουθω, κωδωτηρ εστωτηρ ποιησι αυτω τω περτω αυω λω γωσση
ουθω λωσση εδ γλωσση, ουτω τε ετικη, κω εδ εδωτηρ ειλκωσση εδω γδ εδω
ουθω λωσση εδ γλωσση, ουτω τε ετικη, κω εδ εδωτηρ ειλκωσση εδω γδ εδω
ουθω λωσση εδ γλωσση, ουτω τε ετικη, κω εδ εδωτηρ ειλκωσση εδω γδ εδω
ουθω λωσση εδ γλωσση, ουτω τε ετικη, κω εδ εδωτηρ ειλκωσση εδω γδ εδω



et adhuc, et duram. Quamquam ad
 saporum gustatum, serpentes, & lacerti
 longam habent, & bifida: atque ita lon-
 gam serpentes, ut ex parvo luge protra-
 hi possit. Bifida, & parte extrema capilla-
 menti tenuitate est, propter sex nature
 cupiditatem: duplex enim voluptatis capi-
 tur, quasi duplicem sensum gustandi ha-
 beant. Omnia tamen sanguinea, quam exan-
 gua habent eam partem, qua saporis
 sentire potest. Nam & que multitudini
 videntur carere ea parte, ut pisces non-
 nulli, ea quoque pariori quodam obtine-
 rent modo, & ferè simili, ut fluviatiles
 crocodilli: sed hoc latet in plurimis causis
 quadam insarlocus enim oris omnium id
 genus spinosus est. Et quoniam aquaticæ
 genus becyl tempore senti saporis, hinc
 fit ut pro sui viua breuitate linguam par-
 rum discretam habeant: raptim tamen, sum
 ipsique celeritate cibum ad ventrem inge-
 ritur, quod immolari saporibus perfruen-
 dis nequeant, humore interlabente. Itaque
 nisi os ineluctaverit, cerni pars hæc disre-
 ta non poterit. Hæret hic locus spinis,
 quippe qui ea sequenti comata constitu-
 tus in brachiarum, quarum natura spinose
 est. Crocodillis non nihil causæ ad eius
 partis vitiationem affert etiam immobili-
 tas maxillæ inferioris: linguam enim infe-
 riori annectitur maxillæ, quam illi quasi
 contra habeat superiorem: carere enim
 superiori immobilis est. Itaque ut ad superio-
 rem non habent, quod cibi aditus tolli-
 tur: sic ad inferiorem carent, quod superio-
 ris quasi translata in locum inferioris est.
 Accedit ad hæc genus vite, quam more
 piscium agit, cum tamen ipse terrestris sit.
 Itaque vel ob eam rem inexplicatam
 hanc partem habeat, necesse est. Palatum
 piscium etiam complures carnosum ha-
 bent: & quidem inter fluviatiles nonnul-
 li admodum carnosum, & molle, ut cy-
 prini nomine, adeo ut si parum diligenter
 aduertat, lingua id esse videatur. Pisces
 igitur ob eam, quam diximus, causam etiam
 lingua non carent, tamen explicatam non
 habent. Sed cum cibi gratia sensus saporis
 adhibuitur sit, cumque non quavis parte
 sua lingua obtineat, sed extrema potissimum,
 ideo piscibus particula hæc tanquam modo discretam habetur. Cibum autem
 quamquam adimplat omnia cupiunt,
 ut quæ voluptatem ex cibo sentiant,
 tamen saporis gratiam non sentiant: sed non
 sunt illi saporis gratiam, sed saporis gratiam
 non sentiant, sed saporis gratiam non sentiant.

(Cupiditas enim rei suavis est) tamen me-
 brum, quod ad sentiendum accommoda-
 tum est, non omnibus simile datum est:
 sed aliis absolutum, aliis adharrens, vide-
 licet ita, quibus vocis defuit usus: & aliis
 durum, aliis molle, carnosumque. Nam & eru-
 scatis, ut locustis marinis, & reliquis gene-
 ris eiusdem, tale quid in ore habetur atque
 etiam mollibus, ut sepibus, ut polyphis. In-
 teriorum alia membrum hoc intus contin-
 net: ut formicæ: quemadmodum multa
 etiam ex testatis: aliis foris gerunt, velut
 aculeum fungosum, & cauum, ut eo simul
 & gustare, & cibum trahere possint. Patet
 hoc in multis generibus, & apum, & om-
 nium generis eiusdem, atque etiam in non-
 nullis testatis. Purpuris enim tantam ob-
 nec vim hoc membrum, ut testas conchy-
 liorum transigere valeat: velut turbinum,
 quorum esca captantur. Necnon asilli, & ta-
 bani eodem spectant: quorum alteri lin-
 gua adacta cutem hominum secant, alteri
 tergora etiam bestiarum elacerant. His igitur
 animalibus lingua talis natura tribu-
 ta est, quasi respondens, & obuersaria nari-
 elephantorum. Naris enim illis adiumento
 est, & lingua his pro aculeo habetur,
 cæteris animalibus omnibus lingua talis,
 qualem iam exposuimus, data est.

ARISTOTELIS
 DE PARTIBVS ANI-
 malium & earum
 caulis,

LIBER TERTIVS.
 CAPVT I.

ARISTOTEΛΟΥΣ
 περὶ ζῴων μορίων
 τὸ Γ.

ROXTUM ab aliis dentium est,
 & oris, quod ferre dentium con-
 tinetur, & constat. Sed cum den-
 tium natura communi quidem
 officio ad cibum conficiendum adiuncta
 sit, tum generatim seorsum aliis roboris
 gratiam ad ingradendum, tum etiam ad
 defendendum, aliis auxiliij tantum causa
 data est. Partim enim ea utraque causa den-
 tes obtinent, ut nec ab alijs afficiantur, &
 ipsa afficiant alia, ut quæ ex feris natura
 carniuora sunt: partim ea causa tantum,
 ne male ab alijs afficiantur, ut complura
 tum syluestris generis, tum etiam verban-



